
3


# TRACTATVS AVREVS,

## ET QVOTIDIE PRACTICABILIS ÆQVESTRIS DIGNITATIS, ET DE PRINCIPIBVS. &c.



*PETRI CALEFATI VIRI ILLVSTRIS, Clarissimi & Celeberrimi Iureconsulti, Pisani, & ciuis Florentini, Aequitis Aurati, Cesarei, ac etiam Pontificij, Comitis Palatini, & consistoriani, In Gymnasio Pisano, In Primo loco Iuris Ciuilis Interpretis Mattutini.*







*MEDIOLANI,*

*Apud Michaelem Tinum, Ad instantiam Francisci & Simonis Fratrum de Tinis.* 1581.


*Cum Licentia Superiorum.*

3



# AMPLISSIMO VIRO IOANNI FONTANAE PROTONOT. APOSTOLICO, ET ARCHIPRESBITERO MEDIOLANI.

*HYPPOLITUS SETA Iurisconsultus Pisanus. S. P. D.*





*VM Illustris ac excellentissimus Petrus Calefatus, quo Magistro usus est uterq; nostrum in discendo iure ciuili, multis ab hinc annis, quasi animi gratia ferijs aestiuis, aureolum libellum de Aequestri dignitate scripsisset, multi ab eo petierunt, & ego in primis precibus omnibus contendi, ut ad communem omnium utilitatem eum imprimendum curaret, sed quanquam non erat dubitãdum, quin à studiosis omnibus libenter legeretur, cum miro ordine, &*

*præstanti iudicio ea complexus esset, quæ à cæteris confuse & pingui Minerua (ut aiunt) pertractata fuerant, nunquam tamen adduci potuit, ut ad editionem animum appelleret; cum .n. iam antea in primam digestorum ueterum partem commentarios edidisset, editurusq; esset reliquos tres, cum consilijs amplius ccɔɔ c c. quæ à multis auidissime expectabantur, alienum à dignitate fore existimabat, si tam paruum, tamque minutum opusculum ederet, qua in sententia cum perstaret, facile ab eo impetraui, pro incredibili mea in illum obseruantia, ut libellum ipsum describerem, eiusq; exemplum apud me esset, cuius diuulgandi mirum me quidem sæpe desiderium tenuit, sed ueritus sum, ne illius animum offenderem: Nunc cum Mediolani sim, dederimq; eum legendum aliquot Nobilibus Iurisconsultis, qui illum sibi mirum immodum placuisse affirmarunt, coactus sum polliceri, daturum me operam, ut imprimeretur, quod eo libentius hoc tempore facio, quod spero fore, ut Calefatus qua est humanitate animum meum spectet, nec excellentis ingenij sui fructus, cum bene maturi sint, à me in publicũ afferri, & cõmunicari cum omnibus*


*nibus moleste ferat, & si n. res perexigua est, in ea tamen non minus quàm in arduis difficilibus eiusdē disputationibusq; ingenij lumen interlucet. Cum hunc librum cum tui nominis inscriptione publicare constituerim Optime* FONTANA, *putaui me facere quiddā, quod utrique nostrum aque conueniret, tibi quia libri Auctorem summopere semper in precio atque honore habuisti, ob excellentem in explanando iure præstantiam es admiratus, ob singularem probitatem, & incredibilem in te beneuolentiam tanquam Patrem obseruasti, cum ille te in iuris peritorum numerum aggregauerit, & ijs insignibus cohonestauerit, quibus ij ornari solent, qui diuturno, atque assiduo librorum usu in Gymnasijs publicis, eam auctoritatem consequntur, ut eorum iudicio, qui in iure publice explicando excellunt, ad leges interpretandas apti existimentur, cum inquam in isto tuo dignitatis gradu, eadem prorsus uoluptate perfrusus fuerit, qua postea affectus est, cum Illustres filios suos in iuris peritorum ordinem adsciuit. Mihi quia neminem esse, quem plusquam te diligam uerissime possum affirmare. Huc accedit amicitia inter nos undeuigesimū*

*annum*

*annum orta, cum te Pisas tanquam ad merca tum bonarum artium, humani, & diuini iuris cognoscendi causa contulisti, deinde, mutuis officijs culta, & confirmata per sexennium ipsum, quo studia tua, summa tua cum laude, & omnium admiratione confecisti; Nec omittam dicere, quod biennio antequam iuris insignia acciperes, cum ego publicum interpretandi iuris munus sustinerem, quotidianis explanationibus meis interesse, & in accipienda laurea, me unum ex promotoribus tuis esse uoluisti. Hæ sunt causæ illæ neque paucæ neque leues quibus ego adductus hunc librum tibi dica tum, in tuo nomine apparere uolui, ut is sit tibi, & alijs argumentum beneuolentiæ in te meæ, & testimonium iudicij de uirtutibus tuis mei, & fieri fortasse potest, ut aliquando maius quid dam ad te mittam, quod tibi non omnino sit iniucundum. Sed quoniam omnes industriæ meæ fructus tibi merito, atque optimo iure meriti, non dum ad maturitatem peruenerunt, his te interim quasi floribus oblectabis, & redamabis me amore quodam planè singulari, cùm & te à me unice diligi scias, & nullum me finem facere intelligas prædicandi, & laudi-*

*bus*

*bus in cœlum tollendi diuinas, & cœlestes uirtutes tuas: Vale Mediolani xiij. Kalendas Iunij. M. D. LXXXI.*




Candido Lectori, Vincentius Mazzolius
V. I. D. Pisanus.

Hortus adoratis veluti cultissimus herbis
Ridet, & effusus ridet ubique fluit
Hic liber, Hic laudes æquitum complectitur Altas,
Magna docet summis iura deberi viris;
Splendidus est Honor, Laus, Gloria, summaq; virtus
Hac fauor, Hac Regnum, conciliatur Amor:
Res utilis lectu, Materia celsaq; clara
Celsum authoris denotat Ingenium,
Nam sunt Illustris Monumenta Insignia Petri
Calfati legum uindicis eximij.

# INDEX EORVM

## *quæ in hoc tractatu Aequestris dignitatis continentur.*



135 In-



# TRACTATVS AVREVS,

## ET QVOTIDIE PRACTICABILIS ÆQVESTRIS DIGNITATIS, ET DE PRINCIPIBVS. &c.

*PETRI CALEFATI VIRI ILLVSTRIS, Clarissimi & Celeberrimi Iureconsulti, Pisani, & ciuis Florentini, Aequitis Aurati, Cesarei, ac etiam Pontificij, Comitis Palatini, & consistoriani, In Gymnasio Pisano, In Primo loco Iuris Ciuilis Interpretis Mattutini: Feliciter Incipit.*





*VM superioribus annis compendiosè scripserim de Nobilitate, isq; tractatus fuerit excussus, sitq; præ manibus omnium, desiderabatur à multis ut aliquid æderem de Equestri Dignitate: præsertim cùm anno ab hinc 6. fuerit institutus ordo Equitum Sancti Stephani, dubiteturq; non solùm de præcedentia inter equites diuersorum ordinum, sed etiam inter Doctores profitentes, & equites Diui Stephani: Ideò hunc quoque laborem æstiuis temporibus, quibus uacamus à munere publicè in scholis interpratandi non inuitus annis proximis, suscepi. Cùm enim annorum supra duos & quadraginta sim doctor V. I. Eques auratus cæ=*

*sareus,*

*sareus, Comes Palatinus, & Consistorianus annorum supra triginta; ac etiam nouissimè Pontificius cum expressa concessione tituli, ac dignitatis illustris, & annos ultra uiginti continuos, Iuris ciuilis interpretis ordinarij matutini munere in hoc pisano Gymnasio sim functus, cæterisque omnibus senior, abest suspitio affectionis ad alterutram partem.*

*Addidi de Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus.*

*Videbimus igitur implorato diuino præsidio.*

*Primo quæ sit equestris dignitas propriè, & de eius origine.*

*Secundo de diuersis ordinibus Militum dignitatem habentium, & eorum origine, ac prælatione.*

*Tertio uter dignior sit, præferriq; debeat an Doctor V. I. an Eques auratus cæsareus, uel pontificius, immediatè creatus à summo Pontifice, uel à Cæsare.*

*Quartò quis præferri debeat an Doct. V. I. an miles dictorum ordinum, & quid de Collegijs?*

*Quintò de Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus.*

1 *De primo sic mihi dicendum uidetur † Equestrem dignitatem eam esse, de qua in tit. C. de eques. digni. lib. 12. ubi Iusti. Imperator legem unicam posuit in hæc uerba, Equites romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus, & quamuis glo. ibi romanos Equites uelit esse eos, Qui Romam custodiunt, & exponit clarissimatus .i. consulatus per l. 2. C. de Domes. & Protec. eod. lib. 12.*

*lib. 12. tamen neutrum uidetur uerum; primum.n.*
2 *non, † quia Equites romani appellantur eo loco ij, quos nunc Imperator auratos appellat; eos.n.in locum equitum romanorum successisse constat, ut scribit Vigli. insti. de milita.testa. in rub. num. 12. & Paulus Manutius in suo Calepino in uer. Eques, ait, Equites etiam dicebantur à Romanis qui equestrem dignitatem erant adepti, aut ex equestri ordine prognati, quorum ordo quamuis dignitate senatoria aliquantò erat inferior proximam tamen ab illa obtinebat di*
3 *gnitatem: † Equestrem autem censum fuisse coronatorum Decemmillium, quàmquàm postea pro arbitrio Principum sæpius auctus fuerit census, & etiam imminutus. Alex. ab alexandro Genialium dierum*
,, *lib.2. cap.29. sic scribit. Rectè, & condignè quidam existimauerunt cùm duo ordines plebis scilicet, & Senatorius Romæ à principio æditi fuissent, equestrem ordinem qui medium teneret locum postea adijci ceptum esse; quibus purpura, ut Patricijs, & Senatoribus uti non licebat, ius tamen anulorum aureorum, quo insigni à plebe secernebantur, & medius ordo notabatur publicè tributum ferunt &c. Sequitur, is tamen, ordo, & si senatorio minor, magnæ tamen amplitudinis, uigorisq; habitus est, quippè erat auctus amplissimis honoribus, & senatorio penè par erat &c. Et paulò post. Quin etiam Equites supra Senatores extulerunt, & uelut longè Principes plerunque antelati sunt. Et inferius. Tantiq; splendoris fuere, ut Præfecturam Prætorij amplissimum munus continua serie ad Titum usque ab or=*

,, dine equestri administratum legamus; & postea in=
,, ferius. Eoque dignationis ordo processit ut Mace=
,, nas equestri gradu uelut amplissimo fastigio conten=
,, tus, ad senatorium transire non curarit. Cui postea
,, secuti Cæsares laticlauum distinctum tamen à sena=
,, torio uelut honoris ornamentum tradidere; cautum=
,, que fuit ne quis huic ordini asciseeretur; neuè ius
,, anulorum daretur, nisi ipse ingenuus, pater; &
,, auus ingenui forent, cuique sextertia quadringenta,
,, quod peculium equestre habitum est, census fuisset;
,, quod & Tiberij edicto caucbatur. Et Iurisconsul=
4 tus in l. 2. §. fi. ff. de origi. iur. † loquens de Mas=
surio Sabino Iurisconsulto dicit, qui in equestri or=
dine iam grandis natu, & ferè annorum quinquagin
ta receptus est; & quidam ibi cùm eo loco dicatur,
Massurio Sabino in Equestri ordine ab Impera=
tore admisso non fuisse amplas facultates, quærens
quomodo id fieri potuerit? cùm lege Roscia cau=
tum esset ne equestri ordini ascriberentur, nisi qui=
bus quadringenta sestertia essent, quæ pecunia est
ferè decem millium aureorum nostratium secundum
Alciat. in l. Plebs. ff. de verbo. signifi. respon=
det Sabinum à Principe dignitatis nomine in eum
ordinem receptum, non quòd censu ualeret, &
Principem superiorem esse lege. Cagnol. uerò ibi sub
nu. 41. ait fortè melius dici posse quod eo tempore lex
Roscia non haberet uigorem per ea, quæ ipse addu=
cit subdens nume. 42. quòd cùm Romæ tres essent or=
dines, Senatorius, equestris, & plebeius theatrum
Romæ dispositum erat ut ibi per eum secundum Vi=
truuium.

5 truuium. † Equester ordo iudicabat ut scriptum reliquit Cicero lib. 2. in verrem oratione quinta, scribitq. Alex. ab Alexandro loco supra alle. quòd cum Imperatores ius populo dicerent, fuit constitutum ut equites cum Senatoribus unà diiudicandis caussis consilio adessent, ita ut eorum arbitratu iura, & differentias diffinirent, ipsasq; decurias Iudicum ex ordine equestri deligi. Ideòq; rectè Lucas de Pen. in rub. C. de Eques. Digni. lib. 12. ait rubricam illam non dicere de Equestri militia, sed de equestri dignitate; quod longè diuersum est; subditq; ex Isidoro Ethim. lib. 9. cap. 4. quòd quamuis senatoria
6 quisque origine esset † usque ad legitimos annos Eques romanus erat, deinde accipiebat honorem senatoriæ dignitatis. Et de ea dignitate equestri est tex. in l. pen. ff. De Milita. testa. ubi filiusfami. equestri militia exornatus, & in comitatu Principum retentus, cingi confestim iussus testamentum de castrensi peculio facere potest: uidetur.n.ille tex. loqui de equestri dignitate, ut patet ibi exornatus, & in comitatu Principum retentus. Ad idem l. Nuper ff. de dona. inter ui. & uxo. ubi ex indulgentia Principis Antonini recepta est alia causa donationis, quam dicimus honoris causa. Ut ecce si uxor laticlaui petendi gratia donet, uel ut equestris ordinis
7 fiat, uel ludorum gratia. † Laticlauus propria uestis senatoris erat, qua Senatus dignitas, & amplissimus ordo notabatur ut scribit Alex. ab alexandro Geniali. Die. lib. 4. cap. 11.
8 Patet ergo ex prædictis † ius equestris ordinis non

B 2 dari

*dari militantibus tantùm tanquàm bellicæ uirtutis insigne, sed etiam uiris probitate, uirtute, scientia dignis. Cùmq. his temporibus ordo senatorius vrbis Romæ non inueniatur (non enim conseruatur in eo, quem Senatorem vrbis dicimus, qui forensis eligitur, iuriq; dicendo praeest, eiusq; officium est annale, ut scripsi in Addi. ad l. 1. ff. de offi. eius, nume. 39. cum seq.) nec etiam reperiatur Constantinopoli, quæ noua Roma dicebatur, cùm ab hostibus christia=*
9 *næ fidei detineatur, sequitur † ut hodie primum ordinem in ciuitatibus, excepta Venetiarum vrbe, tenere uideatur equestris dignitas, quam Impera=*
10 *tor his uerbis codicillis suis concedere solet. † Te P. presenti nostro edicto, & de plenitudine nostræ Cæsareæ potestatis militem, siue Equitem auratum*
*,, facimus, & creamus, ac titulo, & dignitate mili=*
*,, tari decoramus, & ad statum, & ordinem mili=*
*,, tarem assumimus, militaris quoque cinguli, & bal=*
*,, thei decore, fascibusq;, & stemmate auratæ militiæ*
*,, insignimus, & fortitndinis gladio accingimus, ac*
*,, aliorum militum numero, & consortio clementer*
*,, ascribimus, & aggregamus, volentes & decernen=*
*,, tes quòd deinceps ubiq; locorum, & terrarum pro ue=*
*,, ro milite habearis, & honoreris, possisq;, & de=*
*,, beas pro huiusmodi susceptæ dignitatis ornamento,*
*,, torquibus, gladijs, calcaribus, uestibus, phaleris,*
*,, seu equorum ornamentis aureis, cæterisq; omnibus,*
*,, & singulis priuilegijs, gratijs, dignitatibus, &*
*,, franchitijs uti, frui, & gaudere, quibus ueri strenui*
*,, per nos stricto ense facti, & creati milites utuntur,*

*fruuntur,*

,, *fruuntur, & gaudent, & etiã admitti ad quæ illi ad-*
,, *mittuntur quomodolibet de consuetudine, uel de iure.*
*Quòd autem nou rectè loquta fuerit glo. d. legis uni. C. de*
11 *Equest. digni.* † *exponens clarissimatus .i. consulatus ostenditur: nam l. 2. C. de Domes. & Protec. eo. lib. 12. per glo. alle. loquitur de dignitate consulari, non consulatus: disponitur. n. in ea, quòd Primicerius Domesticorum & protectorum, utriusque scholæ post adeptum tribunatum inter eos spectabili dignitate perfruatur, qui Ducatum gerere meruerunt: alij uerò, qui decursis stipendijs ab eodem decem usque numero subsequuntur consulari. i. clarissimatus dignitate perfruantur: & licet Odofred. in præalle. l. uni. super qua non scribit Bar. nec Nico.*
12 *de Neapo. dicat* † *romanos Equites esse qui Romam custodiunt sequens errorem Accursij contemporanei sui, uel Accursius illius: subdensq. habent enim secundum gradum post clarissimos. i. spectabiles sunt, malè loquitur, & contra d. l. 11. C. de Domes. & Protec. Sed Ioan. de Platea in præalle. l. uni. benè intellexit illum tex. quòd teneant secundum locum Equites post clarissimos, quibus præferuntur Spectabi-*
13 *les.* † *Consularis. n. vir dicitur qui fuit Consul, ut scripsi in l. 1. nume. 16. ff. de Offi. eius; ac etiam is qui non gessit consulatum, sed codic illos consularis dignitatis habere meruerit. l. fi. C. de Decuri. lib. 10. cum si. dixi in præalle. l. 1. de offi. eius. in Addi. nu. 35. & 36. Et sic Senator est: nam Senatores ut singuli solùm erant clarissimi prout ibi scripsi: Consules uerò illustres erant, & quibusdam temporibus poterant*

*rant dici ſuperilluſtres, ut probaui in d.l.1.num.19. & conſequenter dignitas conſulatus; Senatores au-*
14 *tem ut uniuerſi, & ſic † Senatorum cætus illu-ſtris erat, uel ſuperilluſtris: Idq; etiam ſeruatur Venetijs, ubi Senatus appellatur illuſtriſsimus, uel ſereniſsimus, ſinguli uerò Senatores clariſsimi.*
15 *Dicet quiſpiam, ſic ſequitur Comitem Conſiſtorianum digniorem eſſe non ſolum Equite aurato, ſed etiam ſenatore, cùm talis Comes ſit ſpectabilis. l.1. C. de Comi. Conſiſto.lib.12. quæ lex eſt Valenti. & Theodoſij Imperatorum, in hæc uerba: Eos, qui tranquillitatis noſtræ conſiſtorij dici Comites meruerunt ſpectabilibus, & Proconſulibus æquari generaliter decernimus. Et glo. ibi ait, ergo ſunt ſpectabi-*
16 *les; & licet Bart. ibi uelit in ſummario † Comites conſiſtorianos eos eſſe, qui ſteterunt in Principis conſiſtorio, Ioan. de Platea uelit quòd diu ſteterint, uidentur tamen loqui contra illum tex. dicentem eos dici Comites, qui ſic dici meruerunt, non dicit qui ſteterunt, prout aduertit Ioan. Anto. Rube. conſil.86. Circa præmiſſa nu.1. reprobans Bar. Lucas de Penna uidetur intelligere illum tex. prout ſonant uerbà, & rectè in hoc; ſed non placet dum loquitur in rub. in fi. quale ſit eorum officium; ſed potius quòd ſint Conſiliarij Principis, ut ſcribit Pyrrus in trac. de Roma. Magiſtra. in prima parte nu.23. non tamen ſupremi conſilij, ut dixi in l.1. ſub nu.35. De offi.eius. Et uerba, quibus Imperator ſuis codicillis hanc ſolet concedere dignitatem omnem tollunt dubitationem, ſunt enim huiuſmodi.*

*Motu*

17 *Motu † igitur proprio, & animo deliberato, &*
*,, ex certa nostra scientia, sano quoque Principum,*
*,, Comitum, Baronum, Procerum, & aliorum no=*
*,, strorum, & sacri Imperij fidelium dilectorum ac=*
*,, cedente consilio, & de nostræ Cæsareæ potestatis ple=*
*,, nitudine, & ex speciali gratia Te P. &c. sacri*
*,, Lateranensis Palatij, aulæq; nostræ Cæsareæ, &*
*,, imperialis consistorij Comitem fecimus, creauimus,*
*,, ereximus, & Comitatus Palatini titulo clementer*
*,, insigniuimus, prout tenore præsentium facimus, crea-*
*,, mus, erigimus, attollimus, & gratiosius insignimus,*
*,, ac ali orum Comitum Palatinorum numero, & con=*
*,, sortio gratanter aggregamus, & ascribimus: De=*
*,, cernentes, & hoc imperiali statuentes edicto, quòd*
*,, ex nunc in antea omnibus, & singulis priuilegijs,*
*,, gratijs, iuribus, immunitatibus, honoribus, exem=*
*,, ptionibus, & libertatibus uti, frui, gaudere possis,*
*,, & debeas, quibus cæteri sacri Lateranensis palatij*
*,, Comites hactenus potiti sunt, seu quomodolibet po=*
*,, tiuntur consuetudine, uel de iure municipali, seu com*
*,, muni. Dantes tibi &c.*

*Ex his patet non rectè loqutos fuisse. Bald. & Cardin. Alexan. in c. quis dica. Dux. &c. & Iaco. de San= cto Georg. in tract. Feudo. in uer. Comites. ut refert Nico. Boeri. in trac. De Ordi. grad. utri. fo. in se= cunda parte, in fi. prin. & Ias. in l. 1. nume. 12. De*
18 *Offi. eius dicentes istos † Comites Palatinos non es= se propriè Comites, sed abusiuè: cùm immò uerè, & propriè sint Comites isti, de quibus in corpore Iuris, ut Comites Palatini, & Consistoriani? cùm Comi=*

*tes.*

*tes inuestiti de Comitatu essent incogniti iure ciuili, & originem habuerint post inclinationẽ romani Imperij ab occupationibus, & uiolentijs, prout scripsi in Addi. ad l.1. nu.73. de offi. eius: Non.n.ualet consequentia in his terminis, sunt potentiores, uel ditiores, ergo digniores, uel magis propriè Comites: Idq; in effectu uoluit Deci.ibi nu. 17. in fi. licet uerum non uideatur quod ipse dicit de potestate creandi notarios &c. Sed Bald. & alij defendi possent, intelligendo de Comitibus, de quibus in vsibus Feudorum, qui sunt inuestiti de aliquo Comitatu: non tamen ideò ualet consequentia ista, Comites Palatini sunt abusiuè Comites attentis vsibus feudorum, ergo absolutè non sunt propriè Comites, quia uerè sunt: Cùm ab Imperatoribus, & legibus fuerint introducti temporibus, quibus omnes parebant Imperatori, & hodiè ipse Imperator eos creat, & multa de reseruatis Imperatori conceduntur Comitibus Palatinis, & Consistorianis secundum qualitatem, & uirtutem ipsorum Comitum, quæ non conceduntur Comitibus inuestitis de aliquo Comitatu, seu territorio, nec putent sibi omnia intelligi concessa, sed potius omnia denegata, quæ non fuerunt expressè concessa, cùm aliquorum inclusio sit aliorum exclusio. l. Cum Prætor in prin. ff. de iudi.*

19 *Ex † consuetudine tamen honorabilior uidetur titulus Equestris dignitatis quàm Comitatus Palatini, & consistoriani: & Imperator facilius concedit hunc titulum, quàm illum: sic etiam summus Pontifex.*

*Secundo*

20 *Secundo principaliter uidendum est de diuersis † ordinibus militum dignitatem habentium, & eorum origine, & prælatione.*

*De his Raph. Volaterranus Anthropologiæ lib.21.cap. 6.tit. Ordines militares, ac primùm Sancti Ioannis: Tres ordines primùm cœpisse Hierosolimis ait Sancti Ioannis Baptistæ: qui Rhodi posteà sunt appellati, nunc melitenses, templariorum, & Sanctæ Mariæ Teutonicorum:*

*De militibus rhodijs in hæc uerba scribit.*

*,, Ioannes Hircanus Machabeorum unus primus Xeno*
*,, docheum pauperum dicitur Hierosolymis constituisse*
*,, quo ( recepta à Barbaris ciuitate ) subuerso, Sultanus*
*,, Aegypti, qui eam tenebat, quartam partem syrijs*
*,, christianis sub annuo tributo incolendam concessit:*
*,, Latini quoque ab eo impetrauere, ut & ipsi, qui ri=*
*,, tus syriacos, aut græcos non sequerentnr iuxta se=*
*,, pulchrum habitare ea ratione possent, ubi & cœno=*
*,, bium diuæ Genitrici construxere, quod de latina uul=*
*,, gò appellabant, cui Abbas præerat: Huius erat of=*
*,, ficium imprimis hospites excipere latinos;eodem exẽ=*
*,, plo breui post tempore alterum Virginum cœnobium*
*,, Diuæ Magdalenæ iuxta dedicarunt quòd item fœ=*
*,, minas exciperet: Confluentem igitur peregrinorum*
*,, cateruã cum loci angustia non caperet, Xenodocheum*
*,, propè etiam constituerunt, quod Diuo IoanniBapti=*
*,, stæ dedicauere, admoniti Zachariæ patris memoria,*
*,, qui in eum locum sæpe ad meditandum conuenerat.*
*,, Habeo tamen authorem, qui dicat non Baptistæ,*
*,, sed Ioanni Elemosinario dicatum fuisse: Is Patriar*

C cha

,, cha fuit Alexandrinus genere Cyprius sub Phoca
,, Imperatore : qui ob eleemosynas frequentes, & in
,, pauperes misericordiam tali nomine dignatus fuit :
,, nam & pauperes dominos suos appellare solebat : &
,, quando locus ab initio redditu carebat, partim è fru=
,, ctibus utriusq; cœnobij, partim ex ære collato uicti=
,, tabant. Quidam posteà Gerardus, qui diu Xenodo=
,, cheum id administrauerat, cum aliquot socijs ami=
,, ctum ac ritum, quibus nunc degunt, sibi prius as=
,, sumpsit, pariq; exemplo Agnes, quæ cœnobio Vir=
,, ginum præerat, professa est. Res deinde per Patriar=
,, cham, & Pontificem probata, breui tempore adeò
,, coaluit, ut opes deinde maximas Principum libera=
,, litate assequerentnr. Creatus mox Raimundus pri=
,, mus Magister, qui cæteris præesset, & Rhodus In=
,, sula à Gotifredo rege primo, qui ciuitatem eo tem=
,, pore unà cum cæteris ex barbaris receperat, eis con=
,, cessa, quam in hodiernum usq; diem magna uirtute
,, defensitauere, ordinis censentur Augustini, oratio=
,, nem dominicam certo numero repetitam pro canonicis
,, pronunciant horis : At his mores quoque posteà labe=
,, factari ceperunt, contra quos Diuus Bernardus in=
,, uehitur ut nimio in apparatibus, ac expeditionibus
,, luxu utentes : profectò ignorans quid ad hoc æui eo=
,, rum pleriq; facturi essent, cùm non in armis, sed in
,, otio, interquè scorta, & epulas huiuscemodi luxu=
,, ria sit.

Hæc Volaterra. & licet ipse non explicet originis pri=
mæ tempus, potest tamen deprehendi ex eo, quòd
tempore Phocæ Imperatoris fuisse ait: Is autem impe=
trauit

*trauit Constantinopoli circa an. salutis 700. ut ipsemet Volaterranus scribit Antropologiæ lib. 23. Alterius uerò originis tempus, quo primus Magister creatus fuit deprehendi potest ex eo quòd à Gotifredo rege primo regnante fuit eis concessa Rhodus, Gotifredus autem Rex Hierusalem obijt circà annum salu-*
21 *tis 1100. teste Sabellico æneadis 9. lib. 4. † Rhodo expulsi fuerunt milites ipsi à Solimano Turcarum Imperatore anno 1523. quibus anno 1530. data fuit seu confirmata pro eorum sede ab inuictissimo Carolo Quinto Roma. Imperatore Insula melitensis, a qua postea Equites melitenses appellati sunt, uel potius fratres; fratres.n.se appellant in subscriptionibus litterarum, alijsq; actibus, nec eis uxorem habere permittitur.*

22 *De Templariorum authoribus † Volaterra. loco præallegato, cùmq; ob nefanda facinora à Clemente Quinto hic ordo sublatus fuerit anno 1312. ut etiã scribit Platina in uita Clementis Quinti & Polidorus de Inuentoribus rerum lib. 7. cap. 5. & Robertus Gauignus in uita Philippi pulchri Regis Francorum dicens damnatos fuisse in Concilio Viennensi per Clementem Quintum; sic etiam Christianus Masseus Cronico. lib. 17. propè finẽ; nihil ulterius dicendum est.*

23 *Ordo militum † Sanctæ Mariæ Teutonicorum utitur candido amictu cum atra cruce, & eum locum, quem nunc Pruteniam, seu Prussiam uocant pulsis infidelibus occupauit Volaterrano teste: hi sunt nobis incogniti: proximo tamen bello germanico Magister Prussiæ in fauorem Catholicæ fidei,*

& magni Imperatoris Caroli Quinti cognitus fuit.
Alij quoq; ordines militares in Hispania creati sunt de
quibus Volaterranus in hæc uerba scribit.

24 Milites primum † Sancti Iacobi de spata, ordinis
,, sancti Augustini, in quo Magister primus Petrus
,, Ferdinandi sub Alexandro Tertio Pontifice Ma=
,, ximo, qui rem probauit, cuius uectigal annuum 150.
,, aureorum millia Regum Hispaniæ munere concessa.
25 † Milites item de Calatraue ordinis cisteriensis an
,, no 1120. à Sanctio Rege instituti in regione Toletana
,, à loco, & prouincia Calatraue nuncupati, ubi cœno=
,, bium Templariorum fuerat, qui cùm saracenis resi=
,, stere minimè ualerent, nouis his militibus cædere sunt
,, iussi, nigrum amittum cum rubra cruce gestantibus,
,, quorum Magister non minus Quadraginta aureorum
26 millia redditus habet. Milites † Iesu Christi in
,, Lusitania anno 1526. apud Tomarium oppidum
,, nullius dioceseos sub Dyonisio rege per Ioan. XXII.
,, quibus, & bona item Templariorum in Lusitania
,, cuncta concessa fuerunt: Tantum ut essent qui pro=
,, ximorum Saracenorum irruptionibus resisterent, cru=
,, cem gestant rubram in atro amictu ordinis Cisterien
,, sis sub Magistro, cuius uectigal centum aureorum
27 millia. In eodem regno eiusdemq; ordinis † milites
,, cum cruce tamen uiridi apud Auisium oppidum, quo
,, rum caput in regno Castellæ apud Alcantaram oppi
,, dum, iuxta Tagum cœnobium amplissimum uisi=
28 tur. In Aragoniæ regno duo militum ordines † pri=
,, mus sanctæ Mariæ de Redemptione captiuorum, seu
,, seu de mercede, cuius author fuit Iacobus ille, qui ba

leares

,, *leares Insulas subegit anno 1212. Gregorio nono pro=*
,, *bante; amictum gerunt album cum atra cruce: quo=*
*rum officium captiuos redimere. Adde quendam*
*nobilem, & fide dignum maioricensem dicere Iaco=*
*bum regem subiecisse baleares Insulas anno 1229. die*
*ultima mensis Decembris cum suæ ætatis annum*
*ageret uigesimum secundum; posteàq; induxisse præ=*
*dictum ordinem ferentem non atram crucem, sed scu*
*tum in pectore cum insignibus regis aragonum & su=*
,, *per ea crucem albam in campo rubeo. Inter hos san=*
,, *ctitate clari Raimundus Nouat Hispanus Cardina*
,, *lis: Petrus Armengol Cathelanus, Alphonsus Hi*
29 *spalensis. Religionis caput Barcinonæ.* † *Alter or=*
,, *do Montesiæ dicitur, qui locus est in regno Valentiæ*
,, *cum rubra Cruce ab eodem rege, ac eodem ferè tem=*
,, *pore excitatus, ordinis cisteriensis sub Magistro, &*
30 *militia de Calatraue; Ordo.* † *Sancti Sepulchri diu*
,, *etiam stetit cum rubra, & gemina cruce; Cuius ca=*
,, *put Perusij, nuper uerò ab Innocentio octauo militiæ*
*Sancti Ioannis agglutinatus iam penè interijt. Hæc*
*Volaterranus.*

*Et de prædictis militum ordinibus scripsit etiam Po=*
*lidorus Virgilius de Inuentoribus rerum lib. 7. cap. 5.*
*& Cassaneus in Cathalago gloriæ mundi parte nona*
*consideratione quarta usque ad nonam inclusiuè, qui*
*tamen nullo iure, nullauè probabili ratione, in 4. con=*
*sideratione col. pe. uersi. Crederem cum seq. putauit*
31 † *magistrum militum hierosolimitanorum, siue ho=*
*die melitensium præferendum esse post Imperatorem*
*etiam omnibus Patriarchis, & Cardinalibus, & re=*
*gibus*

*gibus subditis imperio, quæ opinio apertè confunditur ex ijs, quæ scribit Oldradus in consilio 127. Quoniam ad inuestigationem; ubi latè de capitulis, ac*
32 *statutis dicti ordinis, & quòd † magister ipsorum est ut custos, & administrator, & laycus, potestq; priuari officio à conuentu ipsorum militum: & illud consilium citat ipse Cassane. in fine dictæ quartæ Considerationis ibidemq; sequitur Bald. in consil. 170.*
33 *Ad euidentiam lib. 2. uolentem † tales milites esse incapaces feudi. Vide tamen Curt. iun. in trac. feud. in 3. parte in 10. q. prin. nu. 29. uersi. septimo, referentem Barbaz. in rub. de feud. tenentem contrarium non facta mentione Baldi: Addo Afflictum in §. Quo clericus in fi. Si de feud. fue. contro. inter domi. & agna. tenentem hanc opi. contra Bal. & Andr. de Isern. licet de Baldo mentionem non faciat: & dicentem quòd isti milites non sunt clerici neque religiosi.*

*Sunt præterea complures militum ordines erecti à diuer*
34 *sis summis Pontificibus, † ut militum Sancti Petri: Sancti Pauli: Lauretanorum Sancti Georgij Sancti Lazari: Liliatorum; & postremò militum*
35 *Piorum. † Hic ordo creatus est anno 1560. à Pio IIII. summo Pontifice determinati numeri 375. additus fuit posteà ab eodem Pontifice numerus usque ad 535. Quorum collegium sedem habet in ipsa urbe romana: Eos facit Equites auratos si layci sunt, ac aulæ Lateranensis Comites cum potestate per se uel alium, uel alios in genere, & in specie quoties cuilibet eorum placuerit &c. creandi Doctores, in quali-*
*bet*

*bet facultate; legitimare; Creare notarios publicos: sunt familiares, & continui Commensales Pontificis; & illustres, nam inter alia dicit summus Pon-*
36 *tifex in bulla creationis, † Ac eo ipso quòd ad officium militiæ huiusmodi admissi fuerint eos, & cuiuslibet eorum filium primogenitum, natum, uel nasciturum nobiles etiam de maiori Nobilium genere*
37 *&c. Quare non immeritò decreuit † eos præcedere alios milites etiam regum, Principum, & ordinum eorumdem Regum, etiam Imperatoris, ac quarumuis militiarum, & quorùmcunque ordinum, & Hospitalium, ac etiam Sancti Ioannis Hierosolimitanos milites, & fratres, etiam coram ipso Papa, & in quibusuis locis: subijcitque; Et quando Nos, & Romani Pontifices sub baldachino procedent, baldachinum huiusmodi deficientibus Principum Oratoribus, seu eis ad id non sufficientibus cum eis, tamen præcedentibus deferre.*

38 *Et quod dixi † Equites Pios esse illustres, probatur, quia dixit Papa etiam de maiori genere Nobilium, & constat maius genus nobilium esse illustre, ut ommittamus superillustre Doc. in l. 1. de offi. eius, ubi scripsi nume. 1. & 2. cum seqq. & infra nu. 153. Et de istis Equitibus Pijs particulariter scripsi ibi in Addi. num. 78. ubi etiam dixi non obstare quòd forsan aliqui plebei per errorem; uel aliter fuerint*
39 *admissi: † quia Papa, & Imperator possunt de plebeio facere illustrem, ut dixit Alberi. in l. 1. ff. de offi. Quæsto. & species sacrilegij est dubitare an supremus Princeps hoc facere possit. l. 2. C. de Crimi. sacri.*

*ſacri. & l. 3. ff. de Nata. Reſti. & maximè an poſſit Papa, nam ſpecies eſſet hæreſis Extrauag. vnam ſanctam de maio. & obe. dummodò poſt dignitatem adeptam uiuat nobiliter per ea, quæ ſcripſi in tract. nobilitatis, nu. 23. ubi quomodo acquiratur, & conſeruetur nobilitas, & num. 56. ubi quemadmodum*
40 *perdatur nobilitas: † Hi Equites Pij ſolum tenentur proficiſci cum ſummo Pontifice quando perſonaliter iret contra infideles bello eis publicè indicto, cruciatam uulgo appellant; & ad concilium generale*
41 *le unà cum ipſo Papa. † Inſignia collegij militum Piorum eſſe uoluit imaginem beati Ambroſij Epiſcopi ab una parte alicuius aurei pendentis; & ab altera inſignia Pontificis pro tempore exiſtentis cum clauibus deſuper, & tiara pontificia.*
42 *Erectus eſt nouisſimè anno 1561. à † Coſmo Medices Illuſtriſſimo Excellentisſimoq; Florentiæ, Senarumq; Duce &c. probante Pio IIII. ſummo Pontifice ordo militum Sancti Stephani ad Dei laudem, & gloriam, & fidei catholicæ defenſionem, mariſque mediterranei ab infidelibus cuſtodiam, & tuitionem: Cuius ordinis magnus magiſter eſt ipſe Coſmus Dux; & poſt eum futuri ſunt ſucceſſores eius Florentiæ Duces. Eſt hæc militia ſub ordine ſancti Benedicti; poſſunt nihilominus legitimam habere uxorem unam uel plures ſucceſsiuis temporibus, prout meri layci poſſunt iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem: Charitatem profiteri debent, caſtitatem, & obedientiam; caſtitatem ſcilicet coniugalem, ut nullam aliam fœminam præter propriam uxorem carnaliter*

*liter cognoſcant: Is qui in ordinem Equitum militum eius religionis admitti uult debet prius equeſtrem dignitatem aſſequtus fuiſſe ab aliquo Principe Eccleſiaſtico, uel layco, aut ab aliqua communitate poteſtatem habente creandi equites, uel inſignia equeſtria ei tradantur ante profesſionem à recipiente ipſum, uel ab alio equite milite, cui huiuſmodi poteſtas conceſſa erit: oportet quoque eum, qui in hunc ordinem Equitum militum Sancti Stephani admitti petit, probare prius priuilegijs, uel autentica teſtium fide, & eius uniuerſitatis, ex qua ortus eſt, ſe ipſum, utrumque parentem; utrumq; auum paterrum, & maternum fuiſſe, eſſeq. nobiles. i quòd functi fuerint, uel fungi potuerint in ſua patria ijs maioribus dignitatibus, ijsq; gradibus, quibus notabiliores nobiles fungi ſolent, nominatim declarando quæ dignitates fuerint, & qui gradus: Natus quoque debet eſſe ipſe, & prædicti prædictæq; eius aſcendentes ex legitimo matrimonio; quòd nullam artem exercuerint, ſed uixerint, more nobilium: quòd ſemper chriſtiane uixerint, abſq; macula, & ſine nota, infamiæ: Sit ipſe ætatis annorum xviij. bonæ habitudinis, ac diſpoſitionis, nec originem traxerit ab infidelibus, & producat ſuæ familiæ inſignia ſuis coloribus.*

*Vtuntur hi milites in ſolemnibus conuentibus, et proceſſionibus albo amictu cum rubri coloris cruce, quam rubram crucem palliorum militarium geſtant in parte ſiniſtra, prout milites ſancti Ioannis, ſeu melitenſes, albam.*

43 *Sunt & alij ordines merè layci, ut ordo auri uel-*

*leris uulgò Del Tosone, qui non excedit numerum quinquagenarium, Institutus fuit à Philippo Burgundiæ Duce translatus per successionem in inuictissimum Carolum Quintum Romanorum Imperatorem ac regem Hispaniarum &c. deinde in Philippum regem Catholicum potentissimum eius filium: fuiq; præsens in ciuitate traiecti in Holandia quando Carolus Quintus anno 1546. ut suppleret numerum quinquagenarium, uigintiduos in eum ordinem admisit inter quos fuit Illustrissimus ac Excellentissimus Cosmus Med. tunc Florentiæ, nunc Florentiæ, ac Senarum Dux: Dux Albæ Hispanus Præfectus prætorio ipsius Imperatoris; Dux dell' Infatasgo; Dux Nageræ, Comes Ferriæ Hispani; Princeps Sulmonæ: Dominus de Ri: Dominus de Vignicurt: Comes Agamontis: Dominus Hostrat: Dominus de Beueres: Comes Mansfelt: Dominus de Ligne: Dominus de Barbason, & quidam alij, & nonnulli alias publicandi, qui publicati postea fuerunt die 4. Iulij tunc sequentis anno 1546. Ratisponæ: quorum nomina sunt Princeps Maximilianus hodie Imperator: Princeps Pedemontis hodie Dux Sabaudiæ: Albertus Filius Ducis Bauariæ, hodiè Dux: Comes Fredericus Frustemberg. Ex eo numero descripti erant Rex Galliæ; Rex Angliæ; Rex Lusitaniæ.*

44 *Rex quoque Gallorum suum habet ordinem: † quē sancti Michaelis appellant; ad quem admitti non solent nisi Proceres, & Principes: Ideò de his duobus ultimis ordinibus aurei uelleris, & sancti Mi*

chaelis

chaelis non est disputandum: Iste ordo fuit institutus à Ludouico XI. Gallorum rege teste Cassaneo in Catalago gloriæ mundi parte nona consideratione X. tamen hoc scriptum non inuenio in uita Ludouici II. per Robertum Gauignium, licet dicat Ludouicum Diui Michaelis regium insigne aureum, & torquem misisse Duci Britonum.

Videamus nunc de præcedentia Equitum auratorum, & aliorum prædictorum ordinum: & breuiter eum
45 digniorem dicimus, & præferendum † qui à maiore, digniorеq; est creatus immediatè Eques: Ergo creatus immediatè à Papa dignior est creato ab Imperatore. Is autem qui ab Imperatore immediatè creatus est præfertur creato a rege: Nam inter æquales ordine præferendus est, qui recepit ordinem à maiore c. Per tuas, & ibi glo. & Doc. de Maio. & obed. ubi hoc notat Abb. nu. I. in 2. no. inferens ad quæstionem de duobus fratribus militibus, quorum alter militiam recepit à maiore, alter à minore, ut dignior sit qui recepit à maiore, licet posterior sit tempore: & idem Abb. in c. postulasti col. 3. nu. 9. De concess. præben. dicens quòd inter homines eiusdem ordinis præferatur ille, qui fuit ordinatus à Papa, licet fuerit posteà ordinatus: sic dici posse ait de militibus seculi, & huiusmodi; refert & sequitur Felyn. in rub. extra de maio. & obe. colum. 3. sub num. 4. in versi. miles. Nico. Boeri. in trac. de ordi. grad. vtri. fo. in 2. parte sub nu. 10. Deci. alios citans in l. Cum quid in vlti. lec. nu. 19. ff. si cer. pe. ubi idem dicit in eo, qui posteriore tempore à summo Pontifice, uel

*Imperatore doctoratus gradum fuerit assequtus, quia præfertur Doctori antiquiori alicuius Collegij quod procedere uult etiam si solo uerbo absque rigore examinis Papa, uel Imperator doctorem creauerit, ut probat ibi nu.20. & hanc opi. sequtus sum semper in ea.l.Cum quid. nu. 58.per c.Per tuas de maio. & obe. & l.2. ff. de Alb. scrib. & alijs rationibus*
46 *de quibus ibi, & potest talis † doctoratus probari per testes, & similiter aliud priuilegium concessum à Principe, ut eleganter probat Deci. in rub. extra de consti. nu. 12. & in l.1. nume.11.C. de mandatis Princi. licet secus in mandato Principis, & scribit Deci. in l. Pactum quod bona fide sub nu.2.uersi.4. C.de pac. quicquid uoluerit ibi Curt. iun.*
47 *Constatq; † Papam digniorem esse Imperatore c. solitæ. De maior. & obe. c. unam sanctam in extrauag. com. eo.tit.cum simili. non enim puri hominis, sed Dei uiui uices gerit in terris ut tradit Cataldi. in tracta. De Potesta. Papæ num.14. Imperatorem Regibus, Reges alijs Principibus, & Ducibus;*
48 *Eques ergo auratus † creatus immediatè à Papa præfertur alijs etiam priore tempore creatis ab Imperatore, & alijs: creatus ab Imperatore, creato à Rege: & sic ordine successiuo non inspecta prioritate*
49 *te temporis: † Inter creatos ab eodem consideratur prioritas temporis.l.1.ff.de Alb. scrib. ibi, & inter diumuirales antiquissimus quisq; prior l. 1. in princ. C. De Consuli. lib. 12. ibi, pares uerò insulis consideratione tantum temporis anteire &c. c. 1. de maio. & obe. ubi dicitur prius ordinatum priorem, &*
*maiorem*

maiorem habendum esse, & Anto. de Butri. ibi in primo no. facere ait pro Doctoribus prius doctoratis: & antiquior intelligitur non ætate, sed gradu, prout scripsi post Deci. in l. Cum quid n. 44. ff. si cer. pet. Et hæc, quæ dicta sunt de creatis ab eodem, ut inter eos prioritas temporis attendatur non procedit quando creans concederet expresse prælationem posteriori tempore creato; haberetq; potestatem huius prærogatiuæ concedendæ:
50 † Exemplum in Equitibus Pijs, qui præferuntur etiam alijs Equitibus prius à summo Pontifice creatis, prout supra demonstratum fuit. Si quæratur de prælatione Equitum, seu fratrum supradictorum ordinum ut singulorum inter se, uel cum alijs alterius ordinis:
51 † is extra actus collegiales, et ad ordinem suum pertinentes præcedere debet, qui prius dignitatem equestrem, uel à digniore consequtus fuerit, licet posteriore tempore in aliquo ex dictis ordinibus receptus fuerit: nam & si ipse ordo haberet in se dignitatem, quod iure probari non puto, tamen is qui prior, equestrem dignitatem habuerat, si postea in ordinem admittatur
52 † præferendus erit ijs qui medio tempore equestrem dignitatem, & ordinem adepti fuerunt, per l. 1. in fi. C. de consuli. lib. 12. ubi ille, qui prius fuit Consul, posteà patritius præfertur ei qui medio tempore utramque assequtus fuit dignitatem, priusquam alter dignitatem Patriciatus: In actibus uerò collegialibus, & ad ordinem illum pertinentibus primò ordinatus præcedere debet, secundum statuta religionis Equitum Sancti Stephani titulo tertio, capite quinto, ubi disponitur quod tam in

ecclesia,

ecclesia, quàm in capitulo, & in processionibus sedeant, & incedant secundum ordinem antianitatis, qua non fruuntur non solutis aureis centum, ut in titulo quinto capite septimo:
53 † Similiter si sit doctor, & eques, aut Centurio, & Eques, aut Comes, uel Marchio, & eques, in actibus, collegialibus postponetur primò ordinatis, sed in alijs actibus ad ordinem non pertinentibus, is præferendus qui maiori aut duplici fruitur dignitate per ea quæ tradit Deci. in præalle. l. Cum quid nu. 26. & 27. scilicet quòd Comes, & Baro Comitem tantum præcedit, & pari ratione doctor, & Miles doctorẽ uel militẽ tantum præcedit, & nu. 28. de Epõ, & doctore præferendo simplici Epõ licet priore tempore ordinato, seu creato; Ibiq; scripsi nu. 60. cum seqq. & eadem ratione quando concurrerent tres gradus in uno, & in alio duo tantùm, dummodò in istis duobus non esset gradus maior quolibet illorum trium. Exemplum si quis doctor sit. & Eques, & Comes præferendus erit ei, qui tantum esset doctor, & Eques, uel doctor, & Comes, uel Eques, & Comes, licet priore tempore hic assequtus fuisset duos gradus ab æquali: Non omittam quòd iure communi etiam in actibus collegialibus præcedere deberet quoad sessionem, & incessum ille, qui prius fuit creatus Eques, uel à maiore licet posteà receptus esset in collegio c. statuimus, de maio. & obe. Roma. singu. 691. Maior ordine, & Abb. in d. c. statuimus in ulti. not. declarat, per c. 1. eo. tit. & l. 1. ff. de Alb. scrib. & idem Abb. in d. c. Fely. in rub. extra de maio. & obe. col. pen. & in d. c.
statuimus

statuimus col. pen dum approbat responsionem Imolæ ad illum tex. & hoc seruatur in Collegio nostro Doctorum profitentium; & cautum est statuto sub rub. seu cap. 55. De modo procedendi collegialiter in omnibus actibus publicis.

Ex formula uerborum creationis equitis aurati patet
54 quòd ui ipsius equestris dignitatis † arma deferre potest de iure: ideòq; dixit Par. de Put. in tract. Sindica. cap. 284. incipiente. Mandauit rex. colum. 1. & 2. non intelligi prohibitum arma deferre per generale edictum regis, quòd nullus arma deferre possit non obstante quocumque priuilegio: quia non intelligitur derogatum priuilegio in corpore iuris clauso, prout est priuilegium Equitum auratorum. & quòd
55 † non intelligatur derogatum priuilegio in corpore iuris clauso per edictum generale Principis cum clausula, non obstante aliquo priuilegio, dixit Bart. in l. 2. §. legatus. nu. 5. ff. de iudi. post glo. ibi in uer. non compelluntur. Idq; etiam ibi scribit Alberi. in uersic. oppo. ad §. & Pau. ca. eleganter; subdens quod perpetuò tene menti, & numquam obliuiscaris & Roma. nu. 4. Glo. in auth. Qua in prouincia in uer. illic omni priuilegio. C. ubi de crimi. agi. op. & ibi Barto. sub nu. 1. & Pau. ca. eleganter nu. 5. Glo. in l. Hæres absens. in prin. in uer. excusatur. ff. de iudi. & ibi Bart. & Pau. nu. 3. & 4. Vita. de Gamba. in trac. clausu. car. 3. in uers. seu capi, clausula generalis el primo.
56 Non potest † Eques auratus torqueri, neque capi pro debito ciuili. Bal. in l. 1. in fin. C. Qui bo. ce. pos. Saly. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. & ibi Ias. nu. 7.

Alex.

Alex. in l. Centurio col. 4. nu. 24. & 25. ff. de uulg. & pupil. Iaſ. in l. Miles col. 1. nu. 3. 4. 5. & col. 2. nu. 10. de re iudi. Quod autem dixi de captura, ſeu perſonali detentione pro debito ciuili non procedit, quã do comiſiſſet dolum & ita reſpondi olim in Rota ſe= nenſi officialibus mercatorum contra quendam, qui equeſtri dignitate fretus in fraudem creditorum filio ſuo clerico omnia omnino bona donauerat dolus. n. &

57 reatus † priuilegium, & honorem excludit l. 1. in fi. C. ubi ſena. uel clariſſi. & ibi glo. & Doc. Odofre. nu. 1. Alberi. Bal. Saly. Pau. nu. 6. declarans procede re poſtquam probatum eſt delictum.

58 Tertius principalis articulus eſt; † uter dignior ſit præferriq; debeat an Doc. V. I. an Eques aura= tus Cæſareus, uel pontificius ab Imperatore, uel Pa= pa immediatè creatus? In quo articulo doctores no= ſtri (pace eorum ſit dictum) confusè, & non rectè loquti uidentur, formantes quæſtionem uter præce= dere debeat, Doc. an miles; & adducentes quod ſim= plex militia non eſt dignitas.

Hunc articulum diſputauit Signoro. poſuitq; diſputatio nem in conſi. 23. Quæſtio diſputata, adducendo pri= mo ea, quæ faciunt pro doctore, uſque ad nu. 19. po= ſteà quæ faciunt pro milite; & cùm poſteriore, ul= timoq; loco ponat fundamenta facientia pro milite, nec eis reſpondeat, uidetur ſequi opi. illam in fauo= rem militis, & ſcripta Signoro. in hac queſtione ſunt etiam inſerta in Quinto uolumine tractatuum ſub ru bri. utrum præferendus ſit doctor, an miles, cum ad= di. Ludo. Bologni. Et de hac re Chriſtophorus Lan= fran=

*franchinus in trac. sub eo. ti. Alex. in l. Centurio. nu. 10. cum seqq. De vulg. & pupil.*

*Alex. pro doctore adducit inter alia Aucto]: Bal. in proemio fforum nu. 22. dicentis Doctorem scientia*
59 *præditum præferendum esse militi, † cum magis honorandus sit qui sua uirtute pollet. l. si quid bello ff. De capti. uoluit alle. glo. ibi in uer. erat, quæ notat magis esse meum quod per meam probitatem quæro, quàm id, quod per antecessores. subdit Bal. doctorellos esse postponendos, quia parùm meruerunt; unde Bononienses semper fecere præcedere doctores egregios*
60 *quoscunque milites propter uirtutem: † ualde. n. disciplinatos meritò honoribus attollendos esse ait l. sed & reprobari §. Amplius vers. valde tamen ff. de excusa. tuto. ubi doctores in patria propria docentes sunt excusati, si uerò doceant in aliena patria non sunt excusati à tutela in sua patria: nisi ualde disciplinati sint. & sic dum Bal. loquitur de milite uidetur intelligere non de milite militante, sed de eo, qui creatus esset miles, siue Eques auratus non proprijs meritis, sed ob generis nobilitatem, hoc idem in effectu uoluerat Cy. in l. prouidendum. C. de postu. fatetur ta*
61 *men eum, † qui sua uirtute pollet, & parentum habet imagines magis præferendum esse, ut scripsi in tracta. Nobilitatis sub nu. 13. & præsumptio est quòd Princeps ob merita propria contulerit dignitatem, & hoc solet explicare Imperator in præfatione, qua utitur: Præterea contra Bal. faciunt ea, quæ tradit Deci. in supra alle. l. Cum quid, sub nu. 16. in ulti. lect.*
62 *si cer. pe. scilicet quòd † doctor antiquior præfera-*

tur iuniori, seu posteriori, etiam si posterior sit do= ctior, uel nobilior, quia istæ qualitates non tollunt prærogatiuam temporis, sed considerantur data pari= tate in tempore; idq; ego ibi latius explicaui, nu. 48. & 49. & ita seruatur Pisis, & uidi seruari in Ma gnifica ciuitate Lucensi anno 1527. quo tempore age= bam ibi magistratum maioris Sindici, & Iudicis ap= pellationum, & Iudicis mercatorum: nam in publi= cis actibus, & processionibus Ambrosius Boccella prius doctoratus præcedebat Eleazarium Arnolfi= num, licet longè doctiorem, notoriè nobiliorem, & ditiorem, & ferè coætaneum, quem Eleazareum præcedebat quoque Cæsar de nobilibus, quia doctor, ac etiam Eques aureatus cæsareus; licet ætate, & a= lijs qualitatibus maior esset Arnolfinus. Et contra= rium eius, quod ait Bal. uidi semper seruari in incly=
63 ta ciuitate Senarum; ubi † quilibet Eques auratus præfertur cuilibet doctori. Et Florentiæ anno ab= hinc ferè 50. in solemnitate nuptiarum Illustrissi= mi Laurentij Medices Ducis Urbini vidi Philip= pum Decium Iurisconsultum celeberrimum cædere lo cum Simoni Tornabono ciui Florentino, tanquam Equiti aurato, cùm enim ambo simul incederent, Decius à finistra erat.

Pro doctore illud etiam adducit Alex. in d. l. Centurio
64 sub nu. 13. quia † milites exceptis Equitibus roma= nis dignitatem habere non dicuntur. doctor uerò di= citur in dignitate, c. quanto de magis. Hic aduerten= dum quòd in primo fundamento supra relato, uide= tur agi de milite, siue equite Romano, qui & aura= tus

*tus appellatur, prout supra demonstraui, hic autem præsuponit agi de milite non equite romano: & non rectè loquitur in eo, quod ait, quòd milites exceptis equitibus romanis non habeant dignitatem; nam licet simplex militia non sit dignitas iuribus per Alex.alle. tamen non sequitur quòd nulla militia dignitatem habeat exceptis equitibus romanis, de quibus in l.uni. C. de Equeſ. dignita. lib.12. nam præter id, quòd ibi non agitur de militia, sed de equestri dignitate, quæ separata esse potest à militia, ut probaui supra in primo articulo. nu.18. habemus perfectissimatus dignitatem, de qua in tit. C. de perfectissi. dignita.lib.12.qui tit. immediatè sequitur post titul. de Equeſ. dignita.*
65 *† quæ perfectissimatus dignitas conuenit Centurionibus prout sentit glo. in illa rub. & scripsi in addi. ad l.1.nu.23.ff.de offi.eius, conuenit etiam doctoribus ut scripsi in euidentialibus ad.l.diem functo nu.6.& 7.ff. de offi. asseſſo. & ista dignitas perfectissimatus*
66 *est inferior equestri, ut dixi. † habemus etiam Duces legales, qui erant milites; quibus committebantur custodiæ prouinciarum, & præerant sex, uel septem millibus militum, & parebant magistro militum.l. 2.C.de offi. præfec.Prætor.Aphri. & erant spectabiles tantum, ut ibi, & in l.Raptores.C. de episco. & cleri. & scripsi in l.1.nu.46.ff. de offi.eius. Magister militum Imperatoris, capitaneum generalem appellamus, illustris est.l.1.& .l.fi.in suprascriptione.C. de offi.mag.mili.l.Defensores la quarta.C.de defenso. ciui. tametsi ex priuata fortuna ad hunc gradum ascenderit, prout nostris temporibus Antonius de Le*

*ua Hiſpanus. Præterea ſi Alex. loquitur de ſimplici militia, quæ non eſt dignitas, quare facit comparationem de ea ad doctoralem dignitatem? quam & ipſe, & omnes doctores affirmant eſſe dignitatem.*

67 *Concludit † poſteà Alex. nu. 14. ſe putare quòd in actibus militaribus præferendus ſit miles, in doctoreis doctor, per l. 1. C. de offi. uica. in promiſcuis actibus primo præferãtur Doctores ad latus Principis militantes, & deſcripti in eius diademate: ſecundo milites, qui ad latus Principis militãt, uel qui ſunt Equites romani: tertio Doctores excellẽtes, qui non ſunt ad latus, nec in corona Principis deſcripti: quartò ſimplices milites. quintò doctorelli: Addit quòd ſi quis ſit miles, & doctor præferatur ſimplici militi. Ludo. Bologni. in addi. ad tract. Signo. col. pe. nu. 91. refert, & ſequitur concluſionem Alex. duobus additis, primo dum quinto loco Alex. ponit doctorellos, ipſe appellat hos dolores, ſecundum Angel. ſecundo dum ſit ſermo de milite, intelligit uerum, ſi demus uerum militem factum ſeruatis ſeruandis, de quibus glo. in l. pe. ff. ex qui. cau. maio. ſed ſi loquamur de militibus noſtri temporis, qui uadunt quotidie per plateas; tenet quòd poſtponantur omnibus doctoribus, & etiã doctorellis, quia iſti milites non gaudent priuilegijs militum: Lanfranchin. in præalle. ſuo tract. nu. 61. cum ſeqq. concludit in effectu doctorem in actibus promiſcuis debere præcedere militem: niſi miles ille eſſet longè ſuperior & ætate & antiqua maiorum nobilitate; cùm licet ipſa militia non ſit dignitas, tamen annexa eſt, & addita prædictis qualitatibus. De*

*hac*

*hac re scribit etiam Bart. Caßaneus in suo catalago gloriæ mundi parte nona in prin. concludens quòd in actibus indifferentibus data paritate præferatur miles; exemplificat in magistro militum præferẽdo Præfecto Prætorio, seu Quæstori, qui secundum eum uul=*
68 *gò Cancellarius appellatur : † Sed æquiuocauit, iudicio meo; quia Præfectus Prætorio non est Quæstor, seu Cancellarius; & dignior erat Præfectus Prætorio magistro militum, ut patet ex his, quæ scripsi in l. 1.ff.de offi.eius.n.23.24.et 25.& n.29.usque ad 32. Decius in rub.C.de testa.mili. sub nu.2.& 3.loquens de militibus qui creari solent ab Imperatore, dicit com.*
69 *opi. esse, quòd † tales milites non gaudeant priuilegio militum, nisi respectu dignitatis, & nobilitatis secundum Cy. in l.1.nume.10. in fi. C. de iur.& fac. igno. & Saly.nume.8. in fi.& in quantum Deci.loco præalle. ait quòd qui habet potestatem legis condendæ potest tales milites creare : ideoq; Ducem, Marchionem, Comitem posse militem facere dato quòd ipse non sit miles, & extra eius territorium auctoritate Bar. in l. 1. C. de digni. lib.12. in decima col.uersi. Ex prædictis multa inferuntur : non uidetur uerum, nec iure, nec ratione probari, non enim ualet conse=*
70 *quentia; data fuit Comitibus ab Imperatore authoritas condendi leges, & statuta in suo territorio, ergo ex hoc uidetur etiã concessa potestas creandi Equites auratos : nam concesßio faciendi statuta uenit quodammodo necessario in consequentiam, quia ex diuersitate locorum, ac temporum uariantur statuta : Et*
71 *† Senatus romanus poterat facere legem generalem*

*l.Non*

*l.Non ambigitur ff. de legi. & tamen non poterat concedere ueniam ætatis, nec interponere auctoritatem in arrogatione, ut scribit idem Bar. in præalle.l.non ambigitur nu.2.cùm ista sibi reseruauerit specialiter Imperator, & alia multa, de quibus Bal. in l.rescripta col.2.cum seq. C.de preci.Imper. offe.& in l.Imperium in prima lect. col.3.ff.de iur. om. iud. Roman. nu.2. col.1. cum seq. & col. 5. & non solùm creatio maiorum dignitatum l.Probatorias.C.de diuer. offi. lib.12. inter quas, & dignitas Doctoratus, & digni tas equestris comprehenduntur, sed & creatio tabellionis, seu publici notarij, ut per Doc. in locis præal le. Et si quis Marchio, uel Comes creat doctorem, uel equitem hoc facit uigore specialis, & expressæ concessionis: sic & Illustres Respublicæ ut Lucensis,*

72 *& Senensis; Fateor tamen quòd † ista reseruata Principi, præscribi possunt, seu acquiri præscriptione temporis immemorabilis.i.excedentis metam centum annorum c.super quibusdam §.Præterea de uer. sig. cùm præscriptio tanti temporis uim habeat priuilegij, ut scripsi in præall.l. Imperium, num.139. cum seqq. de iur. om. iud. & solet Imperator istis Marchionibus, & Comitibus concedere priuilegia limitatè, adeò quòd ea quæ non conceduntur expressè censentur denegata: idq; in effectu uoluit Par. de Pute. in tract. sindica. sub tit. de excessi. Baro. erga subdi. nu.12. & 13. & ui. omninò Inno. in c. Cum te, sub nu.2. de re iudi.Bar.in l.Infamem nume.13.ff.de publi. iudi.*

*Redeo ad resolutionem Alex. & Doctorum de qua supra*

pra dum Alex. ait quod in actibus militaribus praefertur miles; Cui dubium? cum simplex doctor non debeat se intromittere actibus militaribus, & quilibet artifex in suo artificio praeualeret doctori,
73 † cùm standum sit peritis in arte l.1.post prin.ff.de uen.inspi. l.Semel, & ibi glo.C.de re mili.lib. 12. §. Quod autẽ in auten. de non alie. &c. Sed si consideremus doctorem non simpliciter, sed tanquam iudicem, siue auditorem castrorum etiam in castris praecedet non solum simplices milites sed etiam Centuriones.

Dum Alex. uult Doctores ad latus Principis militantes, & descriptos in eius diademate praecedere; si intelligit de Senatoribus, & patritijs, hodie non habemus Senatores romanos, nec etiam patricios, de quibus in l. Nemini, & in l.fi.C.de consuli lib.12. & de ijs dixi in addi. ad l.1. de offi. eius nu.26.39.usque ad 43. & tamen ita eligebantur uiri militares, sicut Iurisconsulti; similiter si intelligit de Consiliarijs Principis, prout etiam in Senatu Mediolanensi, in quo sunt Episcopi, & praelati, Marchiones, Comites, & Doctores, & de ijs nihil dicit Alex. nam cùm ait, secundo milites, qui ad latus Principis militant, non repetit, & in eius diademate descripti sunt: Cùm posteà subdat, uel qui sunt Equites romani, sunt enim hi Equites aurati; ut probaui
74 supra; concedit apertè † equites precedere Doctores etiam excellentes, quod contradicit ei, quod ipsemet scripsit in l.1.nume. 20. De offic. eius, uolens
75 † doctorem eo ipso quod publicè profitetur esse clarissimum; nam si hoc uerum esset, doctor legens prae-

cedere

*cedere deberet, cum Eques romanus, siue auratus secundum locum teneat post clarissimos prealle. l. uni. C. de eque. digni. lib. 12. Ego tamen in d. l. 1. nu. 39. de offi. eius contrarium tenui, scilicet quod doc. profitens non sit clarissimus statim, propriè, & legaliter accipiendo hunc terminum Clarissimum.*

76 *Debuit etiam Alex. rationem habere † doctoris, qui annos uiginti publicè professus est, cùm efficiatur illustris secundum quosdam, uel saltem spectabilis secundum alios omnes. de tali doctore scripsi in d. l. 1. de offi. eius nu. 36. usque ad 39. & in adit. ad ipsam l. 1. nume. 70. usque ad 75. & conclusi non esse propriè illustrem, licet contrarium uoluerit ibi Deci. nu. 16. Iaco. nig. Pau. oria. Sapia. erit ergo spectabilis, quia efficitur Comes: procedere posset opi. Decij & aliorum supracitatorum attento communi usu loquendi, cùm etiam paruos Marchiones, & Comites appellent illustres, tamen ipsi doc. negãt Marchiones, & Comites esse illustres. Aduertendum*

77 *dum tamẽ quod debẽt in eo concurrere † omnia requisita in l. uni. C. de professo. qui in ur. Constanti. lib. 12. de quibus dixi in trac. Nobilitatis nu. 28. & hic repetam. Requiritur morum excellentia. l. magistros. C. de Professo. & medi. lib. 10. ubi ait Imperator, magistros studiorum, doctoresq; excellere oportet moribus primùm, deinde facundia. quinque alia requisita ponit Abb. in c. propòsuisti col. fi. nu. 14. de proba. peritiam docendi, facundiam dicendi, subtilitatem interpretandi, copiam dictorum, uirtutem fortitudinis, ut sciat resistere aduersus uim fortunæ: requi=*

*quiritur etiam quod annos uiginti continuos non interpellatos professus fuerit. d. l. 1. C. de professo. qui in ur. Constanti. ibi cùm ad uiginti annos obseruatione iugi, ac sedulo docendi labore &c. & quòd continuum tempus requiratur dicit ibi expresse Io. de Platea sub nu. 6. uersi. Nemo: allegans pro hoc Bar. in l. interdum, §. Quoties nu. 2. ff. de publica. requiritur etiam quòd lecturam primi ordinis habuerit, & sic ordinariam uiginti annos continuos professus fuerit per l. 1. C. de Comi. & Archia. Iac. Pala. lib. 12. requirentem Comitiuam primi ordinis: requiritur etiam declaratio superioris: & ideò Caccialup. in trac. de debi. suspec. & fugi. & quæstione 5. in principio nu.*
78 *11 dixit audiuisse quòd † Ioannes de Grassis Taurinensis doctor excellens cùm publicè professus esset annos uiginti committi fecit causam de iure, & fuit declaratus Comes, & ideò Deci. in l. Cum quid in prima lec. nu. 19. ff. si cer. pet. cùm ibi tradidisset Do=*
79 *ctorem actu legentem, & si † iuniorem præferri doctori antiquiori non legenti declarat non procedere iudicio suo nisi in profitente ordinariam.*

80 *Concluditur † equitem auratum immediatè creatum à Papa, uel Imperatore data paritate in cæteris, præferendum esse in actibus indifferentibus simplici doctori etiam publicè profitenti, non ea ratione quod nihil sit excellentius armata militia, sed quia maior est equestris dignitas, quàm dignitas doctoratus prout supra probatum est.*

81 *Quæ conclusio † limitari posset in doctore qui xx. annos continuos professus esset lecturam ordinariam*

*currentibus aliis, de quibus supra saltem in ipsa ciui=tate in qua publicè profitetur.*

*Verum quia mentio facta est de diuersis ordinibus mili=taribus uideamus breuiter de prælatione inter ipsos di uersos ordines, & inter milites eiusdem ordinis.*

82 *Quoad primum † aut consideramus collegia ipsa, si daretur casus quòd Papam uel Imperatorem seque=rentur in expeditione contra infideles; & collegia=liter procedendo, habenda esset ratio antiquioris in=stitutionis, & sic ista ratione præcedere deberet Col=legium militum hierosolimitanorum, siue meliten=sium, non ratione adducta per Cassane. quia magis participent de uita religiosa; sicut scribunt Doctores de ordinibus religiosorum, ut per Fely. in rub. extra de maio. & obe. nu. 5. in fi. & nu. 6. & 7. & Ni=co. Boer. in tract. de ordi. grad. utr. fo. in 1. parte. nu me. 26. per tex. in c. Quorundam iunc. glo. in uer. præ dicatorum de elec. lib. 6.*

83 *Excipiuntur † Equites Pij, quibus prærogatiua concessa est: à summo Pontifice præcedendi etiam ipsos milites hierosolimitanos ut supra nume. 37. & qui pertinaciter contrarium diceret negaret summi Pontificis potestatem, & sic incideret in hæresim per iura supra allegata: Aut consideramus ipsos*

84 *† milites diuersorum ordinum ut singulos, & is præ cedere debet, qui prius creatus fuit Eques à Papa, uel Imperatore immediatè, & præcederet alium etiã prius creatum Equitem à rege, uel duce, uel alio, cui ab ipsis summis Pontificibus indulta esset aucto=ritas creandi Equites, prout probatum fuit supra nu me. 45.*

me. 45. non habita aliter consideratione alterius ordinis: & ità uidi seruari in inclyta ciuitate Senarum. Rolandus.n. Mariscottus nobilis senensis, & uir magnæ auctoritatis, licet esset eques auratus creatus ab ipso Imperatore, ac etiam postea fuerit receptus in ordinem militum sancti Iacobi, tamen non præcedebat alios antiquiores equites, nec in publicis conuentibus, nec in priuatis, sed præcedebant antiquiores equites, quamuis non recepti in alio ordine; multò ergo magis hoc locum habere debet in equitibus auratis postea admissis in diuersis ordinibus militum.

85 Quod si consideremus † Equites admissos in eodem ordine, in actibus collegialibus is præcederet, qui prius fuit admissus in illo ordine secundum capitula illius ordinis, non attenta alia dignitate, sed in actibus non collegialibus dicam præferendum eum, qui prius fuit creatus Eques data paritate creantis; uel data disparitate creantis, præferendus erit creatus à maiore, & digniore secundum ea, quæ dicta sunt supra nu. 45. similiter si esset quis Marchio, uel Comes, uel aliter de genere spectabili, aut illustri, uel si esset etiam doctor, uel Centurio.

Posset quoque dici ea, quæ scripta sunt de militibus diuersorum ordinum procedere quando essent extra se-
86 des, & domicilia suorum ordinum: † Sed si, exempli gratia, aliquis miles hierosolimitanus, siue melitensis esset in ciuitate Pisarum, in qua est residentia militum Sancti Stephani, putarem cæteris pari-
87 bus præferendum esse militem sancti Stephani: † nam maior æquali est quis in suo territorio; ut Proconsul

in sua prouincia maior est Prætore existente in ea prouincia, l. Apud cum glo. fi. ff. de manummis; quinimmo & inferior in suo loco existens maior est suo superiore. Archiepiscopus.n. existēs in territorio Episcopi debet honorare Episcopum, glo. fi. in l. Nihil. C. de Pala. sacra. largi. lib. 12. quam sequuntur ibi Doctores, & dicit eo loco Ioan. de Platea quod etiam
88 † maior Iudex superueniens debet reuerentiam minori iudici ordinario ibi regenti: & superueniens Archiepiscopus, uel Cardinalis debet reuerentiam Episcopo illius loci, nec per eius aduentum desinit Episcopus suam iurisdictionem exercere: idemq; uoluit in effectu in l. cunctos. C. de metal. lib. 12. & Lucas de Pen. in præalle. l. Nihil col. 1. propè fi. no. reuerentiam deberi à maiore minori, cùm maior est in domo minoris: idem in effectu uoluerunt Alberi. & Saly. in l. in hac propè fi. C. de dona.

89 Circa quartum articulum † quis præferri debeat an Doc. V. I. publicè profitens, an miles dictorum ordinum, & quid de Collegijs?

Quoad primum præsupono illum militem non fuisse creatum Equitem à Papa, uel Imperatore, sed ut plerunq; accidere solet, factum equitem per admittentem eum ad ipsum ordinem militarem, & breuiter
90 data paritate in cæteris, † puto Doctorem publicè profitentem præferendum esse, saltem si ordinariam profiteatur: nam licet dignitas Equestris maior sit doctorali quando immediatè conceditur à Papa, uel Imperatore, non tamen tantum habet prærogatiuæ si ab inferiore tribuatur; ut patet ex ijs, quæ scripsi in

*præcedenti articulo : nec audiui unquam creatum fuisse aliquem doctorem immediatè ab ipso Papa, uel Imperatore, prout creant Equites, nam uolunt ipsi summi Principes doctores creari eorum auctoritate à Collegijs, uel ab alijs, quibus hoc fuerit concessum præcedente debito examine : Et in doctore profitente concurrunt multa ; primo dignitas ipsa doctoratus ad quam, consequendam requiruntur quàm plura de quibus supra, nu. 77. & quòd saltem quinquennium iura ciuilia audiuerit in aliquo publico, & approbato Gymnasio, ut habetur in Prohemio ffor um cùm isti milites admittantur repentè factis probationibus nobilitatis, de quibus supra nu. 42. quamuis nunquam in militia, uel studijs literarum uersati fuerint: Concurrit antiquior institutio dignitatis doctoralis, de qua in tit. C. de professo. & Medi. lib. 10. & de Professo. in ur. Constanti. lib. 12. cùm iste ordo militum sancti Stephani nuper fuerit creatus, & equestris dignitas in casu prædicto dependeat ab ipso ordine: & idē uidetur dicendum, & fortius in militibus melitensibus, qui in hac urbe degerent ratione supra adducta nu. 86. & 87. quia scilicet Doc. profitentes in sede sua sunt ; & etiam minor in loco suo dignior est.*

*Quoad secundum an si collegialiter procedendum esset, ut puta in aduentu Papæ, uel Imperatoris ? & excepto ipso Magno Magistro, qui est Dux, & Domi-*
91 *nus loci cum suis proceribus putarem † præferendum esse Collegium Doctorum ; nam & ipse summus Pontifex doctor est, & esse debet, sic etiam Episcopi, & Cardinales. c. oportet. 8. q. 1. cum si. & in sa-*

crosancto

crosancto Concilio Tridentino disponitur expressè in 5. sessione cap. 2. & sessione 24. cap. 12. & cap. 1. & cùm proceditur collegialiter ipsa tria Collegia ex dispositione statutorum faciunt unum corpus, ita quòd Prior Theologorum primum teneat locum, secundum Prior Doctorum V. I. tertium locum Prior Philosophorum, & Medicorum; sequentibus alijs doctoribus cuiuscunque facultatis; & dignitatis non habita distinctione scientiarum, sed antiquioris doctoratus. Et licet ratio prædicta uon uideatur militare in ad-
92 uentu Imperatoris, † qui militem se appellat. l. 1. ff. de mili. testa. ubi Iurisconsultus refert uerba Traiani Imperatoris appellantis milites commilitones, tamen Iustinianus ipse in Prohœmio insti. dicit, Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrunque tempus, & bellorum, & pacis rectè possit gubernari: & pacis tempore præualent leges, ut ibi notatur.

Et prædicta procedere intelligo tempore pacis, & in hac Pisana ciuitate, uel alia, in qua uigeret studium generale, secus in alijs, quamuis habeant sua collegia; quia maior est dignitas in Collegijs publicè Profitentium, quorum scientia mundus illuminatur auct. en. habita. C. ne fil. pro pa. Et ideò Bononiæ, ubi sunt tot Equites, totq; Comites, Collegium Doctorum præfertur in aduentu etiam Imperatoris, non solum Papæ: fateor tamen Bononiæ non esse Collegium Equitum. Accedat quòd Collegium Doctorum Profitentium est longè antiquius, & auctoritate similiter summi Pontificis per ipsum Illustrissimum & Excellentis-

tissimum Ducē instauratum antè institutionem Equi
93 tum Sancti Stephani. † Et Gymnasij Cancellarius à Papa procedens est ipse Archiepiscopus Pisa=
94 nus, qui solus in † tota Italia est Primas Franc. Paui. in trac. de offici. & potes. cap. sede uacante. in 6. præludio nu. 13. & quòd sit Primas Ioan. de Turre Crema. in c. Prouinciæ. 99. Distinc. sic etiam in Italia solus Archiepiscopus Pisanus est legatus natus Imo. in c. uolentes nume. 3. de offi. dele. Nico. Boeri. in suo trac. de potes. lega. à late. q. 3. nu. 11. &
95 ideò est quæstio an debeat † præferri Cardinalibus ut tradit idem Boer. in suo trac. de ordi. grad. &c. in prima parte, sub nu. 13. demonstrans in puncto iuris præferendum esse; si consuetudo non obstaret, idq; etiam scribit Cardi. Alex. in c. Episcopos, col. fi. prope fi. 7. distinc. loquens de Cardinalibus præsbiteris. & Fely. in rub. extra de maio. & obe. sub nume. 1. Cardinalis autem Hostiensis præcedit omnes Patriarchas. idem scribit Pet. de Monte Venetus, in trac. de Monarchia concil. genera. q. 5. nu. 1. & 2.

Nec quicquā facere uidetur quòd nomine religionis nuncupentur, nam præter id quòd multi præsbiteri, & Canonici, & Prælati doctores sunt in Collegio Do=
96 ctorum; † Doc. ipsi sacerdotes appellantur. l. 1. in prin. ibi, cuius merito quis nos sacerdotes appellat: ff. de iust. & iur. Et uerè layci sunt milites Sancti Stephani possuntq; plures ducere nxores successiuè, prout alij merè layci. Et prout dixerunt Impp. Leo, & Anthemius in l. Aduocati. C. de Aduo. diuer. iudici. de Aduocatis, & Doctoribus loquentes, non mi

nus prouident humano generi, quàm si prælijs, ac uulneribus patriam, parentesq; saluarent, nec.n.solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clipeis, & thorace nituntur, sed etiam aduocatos: militant nanq; patroni causarum, qui gloriose uocis confisi munimine laborantium spem, uitam, & posteros defendunt: & prout paulo superius dixi Imperator
97 Federi. in authen. habita. C. ne fi. pro pa. ait, † quorum scientia mundus illuminatur; ad obediendum Deo, & nobis eius ministris uita eorum informatur. Et Alexand. Imperator in l. ex diui Pij. C. de loca.
98 † Vlpianum Iurisconsultum parentem appellat, & ait ibi glo. in scientia, & ætate: Et adessent alij Equites Pontificij, aut Cæsarei, uel aliorum ordinum, uel Comites, & similes, qui ut singuli deberent præferri singulis, tamen ubi collegialiter proceditur locus istorum erit inferior, prout dicimus de Ca
99 nonicis, & Abbate. † licet.n. Abbas dignior sit Canonico, ut scribit Bal. in c. Pastoralis in prin. nu. 3. de offi. dele. tamen non præfertur Collegio Canonicorum, sed postponitur, saltem de consuetudine. & de hoc Nico. Boeri. in d. suo trac. de ordi. grad. &c. in prima parte sub nu. 20.
100 Quintò annectam de præcedentia † Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum compendiosè. Mitto summum Pontificem, Imperatorem, & reges; non. n. dubitari potest summum
101 † Pontificem præesse omnibus. c. solitæ, de maio. & obe. & de eius potestate Catal. in trac. de potestà. Papæ. tomo 2. ubi uidendum præsertim num. 14. & 15.

&

*& 79. primum autem locum post eum tenere Impe-*
102 *ratorem, secundum reges, † quorum tres tamen coronantur, & unguntur, Hierosolimitanus, Francorum, & Angliæ, cæteri neq; coronantur, neq; inunguntur, ut reges Castellæ, Legionis, Portugaliæ, seu Lusitaniæ, Aragonum, Granatæ, Nauarræ, Maioricarum, seu insularum Balearium, Daciæ, Noruegiæ, Sueßiæ, Hyberniæ, Scotiæ, Polloniæ, Hungariæ, Boemiæ, Armeniæ, de quorum præcedentia inter se non dicam iu specie. & de his in fi. trac. de nume. titulisq; Cardi. &c. tomo. 2. De regia uero dignitate Anto. Corse. in trac. de Potes. regia. to. 5. & de omnibus Martin. Lauden. in*
103 *trac. de Principi. qui. q. 76. dicit † etiam regem Siciliæ ungi à Summo Pontifice secundum Alberi. in prima glo. rub. C. nu. 3. dicentem secundum quod legit in quodam libro Ecclesiæ Romanæ, qui appellatur prouincialis, reges, qui coronantur, & unguntur sunt quatuor, scilicet Rex Hierosalimitanus, Rex Franciæ: Rex Siciliæ, & Rex Angliæ: alij non: nisi ex priuilegio, uel consuetudine hoc eis competeret, ut ibi. & dixit Lauden. in d. trac. de Principi. q. 130. reges coronari debere ab Imperatore, sed glo. quam alle. in c. Deniq;. 7. q. 1. hoc non dicit.*
104 *Et † de regibus, qui inunguntur, & multis alijs ultra supra dictos ui. Corset. in d. suo trac. de Potes. regia in secunda parte nu. 16. cum seqq. post Iac. Aluarot. in usi. feudo. in tit. Quis dica. Dux &c. nu. 17. & 18. ubi etiam de regibus infidelibus.*
105 *Prædictarum dignitatum post regiã, una alteri † di*

uersimodè præfertur secundum diuersitatem consuetudinum uariarum prouinciarum nam teste Cassaneo in Catalago gloriæ mundi in gallia Comes præfertur non solùm Marchioni, sed etiam Principi. de iure uerò.

106 † Princeps post reges primum obtinet locum .c. fundamenta. §. Proinde. de elec. lib. 6. Clem. 1.de Baptis. & ibi glo. in uer. regum & Cardi. Zabarel. col.pen. in 6. commento in fi. & Petr.de Anca.colum.3.in 3. no. post Pau. Io. de Imo.in rub.ff.de uerb. obli.colum.4.uers. Septimò no. Post Principem uenit Dux, post Ducem Marchio, post Marchionem Comes, post Comitem Baro.

Sunt qui asserunt hunc particularẽ titulum Principis ex eo habuisse originẽ, quòd rex multos filios Habẽs, uni cuique assignabat aliquam ciuitatem cum territorio; & quia erant filij regis appellabantur Principes, eundemq; titulum conseruatum esse in successoribus in ipso dominio, quamuis non essent ex descendentibus regis; sed in Italia non habemus hunc titulum, nisi in regno utriusq; Siciliæ, licet Principem appellemus primogenitum Ducis, patre uiuente. Antiquiores sunt
107 † dignitates Ducis, & Comitis, quàm Marchionis; quia de illis duabus loquntur iura imperialia clausa in corpore iuris ab Imperatore Iustiniano. De Ducibus enim habemus in l.2.C.de offic. præfec. prætor. Aphri. hi enim præerant sex, uel septem millibus militum; & parebant magistro militum Aphricæ: quẽ Capitaneum generalem appellamus, & de Duciano iudicio in l. si quando. C. de appellat. De Comitibus multi

*multi leguntur tituli in ultimis tribus libris Codicis ut in tit. de Comi. consisto. cum seqq. C. lib.12. & om=*
108 *nes Duces erant † spectabiles tantum, ut scribunt Doc. in l.1.ff. de offi. eius, ubi scripsi de Ducibus nu. 46. dicens contra Deci. non esse uerum quòd essent ali qui Duces Illustres per d. l. si quando. C. de appellat. nam magistratus ipsius Ducatus erat spectabilis tan tùm, licet is, qui huiusmodi magistratum gerebat posset alia ratione, alioue titulo esse illustris, & hoc probat illa lex. Comites similiter omnes erant specta*
109 *biles tantum, † excepto Comite rerum priuata= rum, is est Procurator generalis Cæsaris, qui erat, & est illustris, ut dixi in d.l.1.nu.48. & num.32. Doc. autem in ea.l.1. uolunt, quòd Duces, & Comites sint etiam hodie spectabiles tantum, sic etiam Marchio= nes, quod ego ibi sub nu. 47. declarabam, eos scilicet esse illustres, uel spectabiles prout declarauerit Pa= pa, uel Imperator, & secundum qualitatem Duca= tus, Comitatus, uel Marchionatus uel alia ratione, prout hic Explicabo. nu 141. cum seqq. Marchionem*
110 *† celticum uocabulum esse, quo Præfectus Equi= tum significetur, uoluit Alcia. Parergon lib.1.cap.27 fuisse igitur subdit hanc uocem, rerum in Italia po= nentibus Longobardis, & deinde Francis regibus, magistri stabuli, seu Equitum nomen. Sed abusiuè uidetur accipere magistrum equitum, quia hic erat co gnitus à iure, & illustris, quem Capitaneum genera= lem appellamus, nisi diceremus quòd magister mili= tnm dicebatur; & sic peditum, & equitum, ut in rub. iunc. l. 1. C. de offi. mag. mili. & Alcia. dicit*

*magistrum equitum, sed nihil commune habere uidetur cum magistro stabuli: subdit Alciat. impropriæ iurisdictionis appellationem transiisse, sicut & Duces, & Comites. Sed in usib. feudo. in tit. Quis dica. Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, uel ualuasor dicitur qui à Principe de Ducatu aliquo inuestitus est Dux solito more dicitur; qui uerò de Marchia Mar*
111 *chio: † dicitur autem Marchia; quia Marcha ut plurimum iuxta mare sit posita: qui uerò de aliquo Comitatu, Comes appellatur; qui uerò à Principe, uel aliqua potestate de plebe aliqua, uel plebis parte est inuestitus Capitaneus appellatur &c. & sic alia ratione appellatur Marchio quam dicat Alcia. Barones, Lauden. in prealle. tracta. de Principi. q. 178.*
112 *† appellari ait potestates habentes iurisdictionem, qui in Longobardia magni Castellani appellantur, etiam si haberent in feudum castella. Bal. in c. uno delegatorum. de offi. dele. col. fi. sub nu. 6. sic loquitur: nam Barones illius castri benè possunt inter se diuidere, licet secus sit in dignitatibus regalibus sicut est Dux, Marchio, Comes, sed idem Bal. in c. in-*
113 *notuit propè fi. sub nu. 18. de elec. dixit † appellatione magnatum uenire nobiles qui sunt in aliquo Potestatu, seu Baronia, seu qui aliqua regalia possidēt, quos uulgus Barones appellat, uel consuetudo loquēdi, allc. c. fundamēta. §. ut ergo de elec. lib. 6. debuit allegare. §. proinde, ubi tex. facit mentionē de Baronibus in hæc uerba: nullus Imperator, seu rex romanorum, uel alius (dicit gl. puta Græcorum) Imperator, uel Rex, Princeps, Marchio Dux, Comes, aut Baro. &c.*

*Ad-*

Aduertēdum quòd Bal. in p̃al. c. uno delegatorum uoluit in effectu quòd Baronia non sit de dignitatibus regalibus; cuius contrarium uelle uidetur in p̃alle. c. innotuit. De Barone multa Alcia. Parergon lib. 5. cap. 16. quoad antiquitatem, & significatum uocabuli, sed non declarat qualis sit eius iurisdictio, & dignitas, & in quo ordine ponatur: solum in principio dicit Baronis uulgare nomen pro generoso, insigniq; homine, in usu esse, quàm ita definire ait Bal. in d. c. innotuit, ut Baro sit quisquis merum, & mixtum imperium in aliquo castro concessione Principis habet. Elicit autem Alcia. ex mente Bal. quod intelligendum uidetur si alium particularem titulum non habeat dignitatis, ut Marchionis, uel Comitis; an autem, & quomodo id procedat, dicetur inferius: Idq; uidetur uoluisse Afflic. in præalle. c. 1. quis dica. Dux &c. nu. 9.
114 dum dixit quòd ista feuda dignitatum, scilicet † Ducatus, Marchionatus, & Comitatus dicuntur feuda titulata, feuda Baronum licet sint nobilia, non sunt titulata, & ibi nu. 7. de Marchia, & sub nu. 8. ex illius litteræ dicit digniorẽ esse Marchionẽ, quam Comitem; declaratq; hoc procedere cæteris paribus;
115 † quia si esset unus paruus Marchio, aliud esset; cùm dignitas augeatur respectu numeri, & dignitatis uasallorum: subditque, igitur studeant Barones habere uasallos doctores, & milites, & diuites, quia eorum dignitas ex hoc augetur. pro hoc tex. in auth. de defenso. ciui. in prin. in uers. Nos igitur, ibi, quantò enim quisq; præest melioribus, tantò maior ipse, & honestior est, et sub nu. 9. loquẽs de Principibus regni,

*regni, qui sunt uasalli regis, & sic recognoscunt superiorem regem Neapolis, qui tenet regnum ab eccle=*
116 *sia, certè (inquit) abusiuè † esse Principes, tamen gaudere beneficio Principum in aliquibus, ut in Cle. 1. de Baptis. & ibi per Doctores.*

*Iaco. Aluarot in præalle. c. 1. in prin. col. fi. nu. 19. uersic. Accedamus nunc quis dica. Dux &c. ait dignitatem ducalem proximam esse regali dignitati, & de hac ducali dignitate fieri mentionem in l. 2. C. de offi. præfec. præto. Aphri. cum simi. & nume. 20. quòd*
117 *† Duces creantur ab Imperatore, uel etiam à rege in regno suo. de dignitate particulari Principatus nihil dicit; nec de ea uerbum ullum in lib. feudorum. & in præalle. c. fundamenta. §. proinde de elec. lib. 6. prius nominatur Marchio, quàm Dux. & glo. in*
118 *clem. uni. de baptis. argumentatur † ex ordine literæ quòd Princeps maior sit Marchione, & Duce: eodem ergo argumento Marchio esset maior Duce: & licet in tit. quis dica. Dux, Marchio, Comes &c. prius nominetur Dux, quàm Marchio, tamen econtra in eisdem usibus feudo. in titu. de feudo Marchiæ, Ducatus, & Comitatus, præponitur Marchia Ducatui, sicut in d. c. fundamenta. §. Proinde.*

*Lucas de Penna in rub. C. de Comi. consisto. col. 2. in*
119 *princ. lib. 12. dicit quòd † in Italia maiores sunt Marchiones Comitibus, non sic in Francia, & in Germania; loquitur autem de Marchionibus, & Comitibus, non de Ducibus, & Marchionibus, prout intellexit Nico. Boeri. in trac. de ordi. grad. &c. in*

*secunda*

*secunda parte, nume. 6.*

*Hostien. in summa de Pœniten. & remissi. in uersic. Cui Marchio col.32. no. Marchionem minorem esse Duce, maiorem tamen Comite & in Italia, & in Germania, seu in regno Arelatensi, & utenen. Sed dum Hostien. dixit Comitem esse clarissimum tantum, equiuocauit; quia omnes Comites erant, & sunt spectabiles, & aliqui illustres ut dixi supra & in l.1.nu.32. & 48. de offi. eius.*

*Nico. Boeri. in d. suo trac. eo. loco sub nu.4.uers. Deinde, loquens de ordine sedendi in consistorio regis Francorum dicit, deinde debent sedere, & collocari Duces, Marchiones, Comites &c.*

*Cassaneus in Catalago gloriæ mundi parte quinta consi-*
120 *deratione 45. ait † Ducem Burgundiæ digniorem esse omnibus alijs Ducibus, & in concilio Basiliensi fuisse pronunciatum ambasciatores Philippi Ducis Burgundiæ debere præcedere electores Imperij ratione Ducatus Burgundiæ, ac etiam maximè quia erat primus par Franciæ; & de familia regum francorum ex parte patris; & Imperatoris, & Ducis Bauariæ ex parte matris; & quia Electores habent solum nomen officij, & Dux Burgundiæ nomen dignitatis, aitq; fuisse dictum quòd esset primus post reges: sed non uidetur mihi credendum in hoc ipsi Cassaneo burgundo: & præsertim quia rationes ab eo assignatæ non uidentur ueræ: nam in primis ut dixit glo. in c. ad apostolicæ circa finem, in uer. illi autem. de sen-*
121 *ten. & re iud.lib.6. † Sex sunt Electores imperij, scilicet Archiepiscopus Maguntinus, Colomensis, &*

*Tre-*

*Treuerensis: ac tres layci, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ & Marchio Brandeburgensis, & septimus accedit rex Boemiæ illis discordantibus; quòd Dux Burgundiæ præcederet dictos Archiepiscopos, uel regem Boemiæ, non est dicendum, & multò magis quòd eius legati: falsum etiam demonstratur alios electores non habere nisi officium; nam & propriam perpetuam habent iurisdictionem plenissimam, & dignitatem: & saltem Dux Saxoniæ non uideretur postponendus cum tot Romanorum Imperatores ex ea stirpe geniti sint, sitq; ipse tam magnus Dux.*

*Præterea & si Dux ipse Burgundiæ præcedere debe=*
122 *ret, † non eius legati ipsismet electoribus, prout de Duce Sabaudiæ, & legatis Reipublicæ Venetæ scribit Deci. in c. sanè el secondo, uersi. & resoluendo. de offi delegati. Et ideo inaduertenter uidetur loqutus idem Cassaneus in d. suo trac. parte 12. consideratio=*
123 *ne 58. quòd † Dux Sabaudiæ præcederet Ducem Venetiarum, cum prælatus fuerit legatis Venetorum per Ludouicum regem Francorum: nam ut dixit Deci. in præalle. c. Sanè. Delegatus, uel locumtenens non debet honorari quantum principalis habito respectu ad principalem, & meritò, subdit, regia maiestas uoluit quòd Dux Sabaudiæ, qui erat ibi personaliter, legatis Venetorum præferretur. præsuponit autem digniorem esse Venetã Rempublicã &*
124 *notissimum est † legatos Venetos præferri legatis Dux Sabaudiæ: & quibuscunque legatis Italiæ præter summi Pontificis; & iure quidem: nam Senatus Venetus nullum recognoscit superiorem; & amplis=*

125 plissimum habet Imperium & † plura regna, ut Cypri, & Cretæ; quam Candiam appellaret: ideoque superillustrem esse dixi in l. 1. nu. 14. in fin. & nu. 15. ff. de offi. eius: præter id quod sit antiquior quibuslibet Ducibus, Marchionibus, & Comitibus; cum cæperit annis abhinc supra mille, quod nulli alij Reipublicæ nec ipsi romanæ contigisse legitur.

Nec etiam uerum puto quod Cassane. dixit in eodem suo Catalago gloriæ mundi in quinta parte consideratione
126 47. consuetudinem Franciæ se habere, quòd † Comes præcedat Marchionem maximè quando sunt de Comitibus, qui sunt pares Fraciæ, aut qui sunt de sanguine regali, cum sanguis regalis semper cæteris præferatur: & consuetudinem hanc esse ait etiam in Alamania, ubi secundum eum Comes præcedit Marchionem, licet in Italia Marchiones præcedant Comites: nam quoad consuetudinem Franciæ contrarium dixit Nico. Boeri. quem supra citaui & maioris esse auctoritatis quam Cassaneum neminem dubitare puto, maioremq; harum rerum notitiam habuisse: cum in sacro Burdigalensium senatu, seu regio parlamento fuerit eius curiæ Præses; cuius doctissimæ decisiones magnæ sunt auctoritatis. Et ista intelligo quoad Comites, qui non essent de paribus Franciæ, uel de sanguine regio: similiter uerum non puto quod Cassaneus dixit de consuetudine Germaniæ: nisi in Comite Palatino Rheni uno ex electoribus Imperij: tali. n. ordi-
127 ne descriptas inuenio † dignitates in Germania institutas anno 1001. ab Ottone tertio Imperatore: Quatuor Duces: quatuor Marchiones: quatuor Landgra

uios: quatuor Burgrauios; quatuor Comites &c. qui particulariter descripti sunt circa finem trac. de nume. titulisque Cardinalium &c. tomo 2. ubi Palatinus Rheni Dux appellatur, non Comes, ibiq; post Comites ponuntur Barones, milites quatuor, & ultimo loco liberi quatuor: & quantum ego consequi potui anno abhinc 23. & 24. cum legationis munere fungerer apud inuictissimum Carolum Quintum Imperatorē, & in Gallia Belgica, & in Germania Marchiones regulariter præferuntur Comitibus.

Quòd in Italia dignior sit titulus Ducatus, quàm Co=
128 mitatus, uel Marchionatus, patet, † quia Dux Sabaudiæ erat Comes Sabaudiæ: & in augumentum dignitatis fuit creatus Dux ab Imperatore Amadeus ille uir Sanctus, ut scribit Iacobinus de sancto Georgio in trac. de feudis fol. 1. in §. Dubitatur etiam nu. 2. & Raphaele Volaterrano teste, Geographiæ libro 2. sub capite de Narbonensi, Amadeus creatus fuit Dux à Federico III. Imperatore; sic Dux Ferrariæ prius erat Marchio: & Dux Mantuæ diebus nostris anno 1530. cum esset Marchio fuit creatus Dux à magno illo Carulo V. Romanarum Imperatore, & Hispaniarum rege etc. Sed cum supra dictum fuerit nu. 115. magnum Comitē possidētē. s. maius territorium, et pluribus, nobilioribusq; uasallis imperantē præferēdum esse paruo Marchioni mouebat uir quidam illustris difficultatem, quia ea ratione attenta rex Hispaniarum dici posset dignior Imperatore: quā obiectionem soluendo dicebam diuersos dari ordines
129 dignitatum, † superillustrem, incipiendo à supe=
riore

*riore, illustrem, spectabilem; clarissimum, & infimum, & sic quinque secundum Doc. in l.1. ff. de offi. eius ubi latè scripsi nu.2. usque ad 52. tradens multa exempla cuiuslibet ordinis.*

130 *Papa † uerò, & Imperator non comprehenduntur sub aliquo ordine; etiam superillustri secundum magis com. opi. ut scripsi, & probaui in d.l.1.n. 10. concordaui tamen opiniones nu. 11.*

131 *In ordine superillustrium ponunt Doc. † senatores illos antiquos, Consules, Dictatores, & Patritios, ut ibi scripsi nu.11. in fi. & nu. 12. cum seqq. declaraui quomodo ista procedant. probaui quoque sub nu. 8. & 9. post Curt. iun. contra Deci. præceptorem*

132 *meum quòd † superillustris, & illustrissimus non importent idẽ: nam in ordine illustrium dantur quinque gradus l.2. C. ut digni.or.ser. dicuntur ergo illustrissimi ij, qui obtinebant supremum gradum in ordine illustrium; sed superillustris est diuersus ordo, & superior illustri ordine, in quo continetur Illustriss.*

133 *In secundo † ordine illustrium ponuntur Præfecti Prætorio, Præfectus urbi Præfecti sacri cubiculi, magister militum, de quibus latè scripsi in d.l.1. num.23. cum seq. declarans quæ sint istæ dignitates: & Quæstor sacri palatij; de quo scripsi ibi nu.29. usq; ad 32. & Comes rerum priuatarum, de quo ibi num.32. & rex; de quo scripsi ibi sub nu.32. uer. sequitur Rex cum seqq. Deci. tamen ibi nu.14. à quo non dissensi num.33. uoluit reges esse in ordine superillustrium, saltẽ quãdo non recognoscunt superiorẽ; non tamẽ probo quod dixit eos equiparari Imperato. cum Imp. sit sup oẽs ordines*

 ut

*ut dictum est supra; alios etiam ponunt Doc. ibi in ordine illustrium, Consiliarios Consistorij de quibus dixi ibi nu. 35. Doctores, qui in publicis Gymnasijs publicè professi sunt ordinariã uiginti annos continuos: de quibus dixi ibi nu. 36. & in addi. nu. 70. usq; ad 75. & supra nu. 59. Cardinales etiam, & Patriarchas; de quibus dixi ibi nu. 40. usque ad 44. & in addi. nu. 83. ubi etiam de Archiepiscopo Pisano.*

134 *In tertio † ordine spectabilium erant Prætores urbis Romæ: Præfectus uigilum, Proconsul; Præfectus augustalis; ut ibi scripsi nũ. 45. Duces, Comites, ac etiam Marchiones; ut ibi scripsi num. 46. usq; ad 49. excepto Comite rerum priuatarum, i. Procuratore generali Cæsaris, qui est illustris ut ibi probaui nume. 48.*

*Cum igitur Duces, Marchiones, & Comites ponantur in eodem ordine spectabilium, & in eodem ordine dentur gradus, ut dixi supra de ordine illustri, non inconuenit quòd gradus alteretur ex circunstantijs, & sic quòd licet Dux in eodem ordine priorem gradum obtineat quàm Marchio, & Comes; & Marchio quàm Comes, Marchio habens latiorem ditionẽ, quique pluribus, & dignioribus uasallis præest dicatur dignior paruo Duce, & sic de Comite: Multum. n. in-*

135 *teresse uidetur † an sint plures eiusdem ordinis in diuerso gradu, an sint diuersi ordinis per ea; quæ scripsi in speculo ueræ politicæ Nobilitatis num. 55. Cum*

136 *.n. Bal. ibi relatus uoluerit † quòd si filia regis Frãcorum, quæ est illustris nubat Comiti, qui est spectabilis, efficiatur spectabilis, supremæ dignitatis gradu fu-*

*scato,*

*ſcato, Bar. uerò dixerit, quòd ſi filia regis nubat Comiti debet appellari regalis, uel ſi filia Comitis nubat uni minoris dignitatis debet appellari Comitiſſa, ſecus ſi nubat populari, concordabam iſtas opiniones, quòd Bal. intelligatur prout loquitur quando filia regis, & ſic illuſtris nuberet Comiti, qui eſſet ſpectabilis tantum, & ſic inferioris ordinis: Bar. uerò quando Comes eſſet illuſtris, & ſic eiuſdem ordinis, licet minoris gradus, & eadem modo quando filia Comitis ſpectabilis tãtum nuberet ſpectabili minoris tamẽ gradus.*

*Sed. iſta alteratio dari non poteſt data diuerſitate ordinis, abſurdum. n. eſſet ſpectabilẽ præferri illuſtri, multò minus dicendum eſt regem, qui eſt in ordine illuſtrium, aut ad ſummum in ordine ſuperilluſtrium eſſe digniorem Imperatore, ex eo quod ipſe rex de facto plures habeat ſubditos, quàm Imperator, qui eſt ſuper omnes ordines, & à quo tanquàm à fonte pro-*
137 *fluunt omnes dignitates, & qui de iure † eſt dominus totius orbis, ut tradit Iaſ. in l. 1. col. 2. num. 6. C. de ſum. trini. dixi in l. Imperium nu. 155. ff. de iur. om. iud. & dixit Bar. in l. Hoſtes in 2. colum. ff. de capti.*
138 *† etiam populos non obedientes Imperatori, ut ſunt Veneti poſſe in ſeruitutem reuocari: quod uidetur declarandum ut per Bal. in c. ſicut ulti. col. 2. n. 5. & 6. De iur. iur. quando eſſent rebelles Imperij, ut ſcripſi*
139 *in d. l. Imperium nu. 144. † nam ea, quæ ſunt reſeruata Imperatori ſpecialiter in ſignum ſuæ præeminentiæ, & ſupremæ poteſtatis, & uniuerſalis dominij nullo modo, aut tempore etiam immemorabili præſcribi poſſunt, ut probaui in d. l. imperium nu. 143.*

*Quod*

140 *Quod autem supra dictum est † Duces, Marchiones, Comites esse in ordine spectabilium secundum Doc. declarandum est procedere regulariter, secus autem si Papa, uel Imperator in ordine illustrium eos posuerit, dignitatem illustrem illi Duci, Marchioni, uel Comiti concedens, uel ratione amplissimæ ditionis: quod exemplificari potest in Ducatu Mediolanensi: in Ducatu Florentiæ, & simi. Dux. n. Florentiæ tam latum habet imperium, totque antiquissimæ, nobilissimæq; Ciuitates, tot oppida, tot populi suæ ditioni parent, ut rex potius quàm Dux uideretur nominandus, præter id quod non est feudatarius, sed liber de qua re alias scripsi.*

141 *Possunt † etiam esse Duces, Marchiones, & Comites illustres non ratione ipsius Ducatus, Marchionatus, uel Comitatus, sed ratione sanguinis, quia descenderint ab Imperatoribus, à regibus, uel aliter ab illustri, quia pater, uel auus illustrem adeptus fuerit dignitatem ijs modis, de quibus supra nu. 99. uel quod ipsemet aliqua ex dictis rationibus factus esset illustris: nã & priuatus ob merita propria potest fieri illustris, ut*
142 *patet ex supradictis, † & potest esse illustris aliquis in ciuitatibus inferioribus; quibus præerant defensores ciuitatum, ut in auct. de defenso. ciuita. circa fin. prin. ibi, nulli nec si honoratus sit magnificẽtissimorum illustrium dignitate hoc declinare concedimus; & in his terminis loquitur. l. si quando. C. de appel. ibi siue inter spectabiles idem Dux connumeretur, siue illustri dignitate decoretur, siue etiam maiore, cum etiam magisteriæ potestatis homines, necnon consulares sæpe utili*

tate

*tate ita publica poscente ad huiusmodi curam perue= niant : uult.n. illa lex quod cum ipse magistratus Du cianus sit spectabilis, appelletur ab eius sententijs ad iudices, de quibus ibi nullo discrimine habito, non di= gnitatem, sed Ducatus magistratum spectari uolens.*

143 *De Comitibus illustribus ratione sanguinis poni† po test exemplum in Comite olim Sabaudiæ : qui hodie est Dux : nam etiam Comes erat illustris tanquam de scendens ab Imperatoribus, & Ducibus Saxoniæ; sed in eo concurrebat etiam ratio præcedens amplissimæ iu risdictionis, & sic utraque ratione erat illustris.*

144 *De † Marchionibus, in Marchione olim montis ferati descendente à Paleologis Imperatoribus Con= stantinopolitanis; & hodie in Alberico Cibo Ma= laspina Marchione Massæ &c. descendente ab Inno centio octauo summo Pontifice proauo paterno, cuius etiam Alberici auia paterna fuit soror Leonis Deci= mi Pontificis maximi : & Franciscus Cibo eius auus paternus amplissimis gratijs, priuilegijsq; donatus fuit à Federico tertio Imperatore & à Leone decimo præ dicto, & Imperator noster eum illustrem in suis litte= ris, & delegationibus appellat.*

*Aduertendum ad illud quod scripsi supra numero 77.*

145 † *Principes post regem primum obtinere locum in= telligendum esse de ueris Principibus prout olim erat Princeps Achaiæ per ea quæ scripsi supra nu. 84.*

146 *Postq̃ hunc tractatum compleui † Ill. Albericus cibò Malaspina ad prĩcipatus ordinẽ fuit à Cæs. Ma iestate erectus, creatusq; Massæ Princeps ipse cum po steris: primogenitus ãt uiuẽte Patre Marchio Massæ.*

147 *Ma=*

147 *Magnus* † *Cosmus Medices, Florentiæ, & Senarum Dux, merito sublimatus est à Pio Quinto summo Pontifice ad gradum, Dignitatemq; Magni Ducis Hetruriæ, cum habitu, insignibus, atque Corona Regijs, & consequenter cum titulo Serenissimi.*

*Aduertendum est etiam ad ea quæ dicta sunt supra:*

148 † *Nam Serenissimus Magnus Dux Hetruriæ, decreuit super præcedentia Aequitum S. Stephani in locis ditioni suæ subiectis, cui decreto standum est.*

*Et ex ijs multæ particulares quæstiones possunt decidi: Finis ad laudem, & gloriam Sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ Virginis Mariæ.*

*F I N I S.*